



3 2044 020 605 168

19.94.1

★ C550.4



BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
Of Boston, Mass.
(Class of 1829.)

Received 28 May,
1860.



PATROLOGIÆ CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,
SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE
PATRUM, ARSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;
ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS,
A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,
SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA,
JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET
FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEEDIT NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE IN-
TRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE
MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR,
COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AM-
PLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXII.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSARÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS QUARTUS.

VENIUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

1860. Nov. 28
 Gray Fund
 \$2.87



ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXII CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

APOLOGETICA.

Demonstratio evangelica. col. 9

Liber contra Hieroclem. 795

EXEGETICA.

De nominibus Hebraicis. 877

Quæstiones evangelicæ. 877

Quæstiones ad Stephanum. 879

Quæstiones ad Marinum. 937

Supplementa Quæstionum ad Stephanum. 957

Supplementa Quæstionum ad Marinum. 983

Supplementa minora Quæstionum ad Marinum. 1007

Eclogæ propheticæ. 1017

Fragmenta de vitis prophetarum. 1261

Fragmenta ex libro Eusebii deperdito cui titulus : *Generalis elementaria introductio.* 1271

Canones decem Harmoniæ Evangeliorum. 1273

Canones. 1277

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ
ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ

EUSEBII PAMPHILI
DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA
LIBRI DECEM

INTERPRETE BERNARDINO DONATO, VERONENSI.

(Ex edit. Paris. 1628, Colon. (Lips.) 1683; Oxon. 1842. — Accedit supplementum a J. A. Fabricio evulgatum proœmium scilicet et capita III priora, cum ipsius operis epilogo.)

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

(Ed. Paris. 1628.)

Illustrissimo ac integerrimo viro domino D. Hacquevilleo, augustissimi Galliarum senatus primo Præsidi S.

Bene ac feliciter nobis universæque Galliæ cessisse omnes existimaverunt, illustrissime Præses, cum ab excessu amplissimi senatus principis, patria diuturniore, quam consueverat, tempore consternata, subito luctum ac desiderium tanti Præsidis tua in ipsius locum promotione deposuit. Ex quo rerum omnium agendarum tempora sic illuxerunt, tanta in animos omnium irrepsit lætitia, ut vix aliud optatius quod vellent, aut quod pristinas ægritudines ex recenti jactura conceptas vehementius allevaret, contingeret potuisse crederent. Utque reipublicæ rebus quondam perturbatis animadversum est, post Cannensem illam cladem secundo Marcelli ad Nolum prælio, populum Romanum primum erigi, ac deinceps ad optatos exitus afflante fortuna provehi cœpisse: sic post unius viri amissi calamitatem, simul atque ad augustiorem illam principemque senatus dignitatem, non favitoribus, ut ait Comicus, sed virtute ambiendo pervenisti, lugubria omnia procul eliminata, et prosperæ res deinde permultæ consecutæ sint. Quæ aliis inde accesserint commoda, magis ipsis quibus illa contigerunt fruenda, quam pluribus prædicanda relinquimus. Noster vero ordo, nostra societas, et veluti litteraria quædam sodalitas, quasi ex longiore veterno revocata, in eam spem erecta est, ut te sacrum Themidos clavum tenente, bonarumque litterarum custode, doctorum omnium fautore, ipsiusque humanitatis assiduo vindice, pristinum vigorem, decus ac celebritatem brevi se recepturam augeretur. Quæ nos eo res adduxit, ut quem præ manibus habemus auctorem diem aspicere gestientem Eusebium Pamphili *De demonstratione evangelica*, hoc est de fidei Christianæ veritate graviter disserentem, tuo potissimum nomini consecrare, non tam e re nostra esse, quam publicæ congratulationis interesse putaremus. Nam cum humani te juris assertorem acerrimum et alias, nunc vero maxime ad supremum curiæ regni fastigium per omnes honorum gradus evectus præbeas, cui pietatis et sinceræ religionis cura magis incumbat, si a te abierimus fortasse reperiemus neminem. Sic Eusebius noster Pamphilo suo in fide tuenda fidus adhæsit comes, ut Pamphili etiam cognomen sibi adjungi voluerit. Nec aliud dignitati tuæ morumque suavitati nomen aptius potuit occurrere, quam istius, quod omnium communem amorem ac benevolentiam indicaret. Quare si in tam propensi omnium in te amoris, tuæque in omnes charitatis publicum testimonium, singulorum ordinum ac societatum congratulationes certatim in te fieri nuper vidimus, postquam in excelsissimo illo purpuratorum Patrum culmine consedisti, quid tandem nobis animi ad munuscula undique comparanda, flosculosque et sarta musarum ex hortulis colligenda, tuæque

celsitudinis pedibus admovenda esse debuit, quorum spes omnis prope et ratio, imo præsidium portusque tutissimus in tui muneris amplitudine atque sollicitudine videtur esse constitutus. Accipies igitur, illustrissime Præses, quo studio, quaque consuevisti humanitate, sacra doctrinæ veræque pietatis monumenta, id quod nunc ipsa nobis objecit occasio, Eusebii scilicet Pamphili Cæsariensis *De evangelica demonstratione* utilissimas Commentationes, quæ honorarii cujusdam muneris instar esse possint, quale magistratibus novissime in provincias a principe missis, animi benevoli testandi causa offerri solebat, ut tanto studiosius et diligentius reipublicæ consulerent, quanto majore et publicis omnium votis illius administrandæ curam susceperant. Vale.

Anno salutis 1678.

Celsitudini tuæ addictissimi,

Michael SONNIUS.

Sebastianus CRAMOISY.

Carolus MORRELLUS.

GALLANDIUS LECTORI.

(*Bibliotheca vet. Patr.*, tom. IV, Proleg., p. xxii, et p. 461.)

- I. *Eusebii Cæsariensis Demonstratio evangelica* A illud Sapientiæ vii, 26 : *Splendor est luminis sempiterni, speculumque immaculatum divinæ efficientiæ, et imago bonitatis illius*; illudque præterea Pauli ad Hebræos i, 3 : *Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus* : his, inquam, relatis docet Eusebius atque evincere nititur, substantiam et deitatem Filii aliam esse a paterna et diversam ac separatam, ipsique multo inferiorem. Sic enim ille (b) : « Sed a sensibili quidem lumine splendor separari non potest : *Filius vero seorsum a Patre per se ipsum subsistit*, » Ὁ δὲ Υἱὸς ἰδίως παρὰ τὸν Πατέρα καθ' ἑαυτὸν ἐφέστηκε (leg. ὑφέστηκε). Ac luminis quidem splendor locum efficientiæ obtinet : *Filius autem aliud quidpiam quam secundum efficientiam est, per se ipsum substantia præditus*, Ὁ δὲ Υἱὸς ἑτερόν τι κατὰ ἐνέργειαν τυγχάνει, καθ' ἑαυτὸν οὐσωμένος. Rursum splendor simul cum lumine existit, illudque quodam modo complet; nam sine splendore lumen nequaquam substitit, simulque cum illo ac secundum illud subsistit : *at Pater prius quam Filius existit, et ante generationem ejus exsistebat, quatenus solus ingenuus erat* : » Ὁ δὲ Πατήρ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ἢ μόνος ἀγέννητος ἦν, » x. τ. λ. Complura vero ejusmodi loca eo in opere Arianice labe notata videas apud viros doctissimos, Maranum (c) et Montfauconium (d); quorum alter præterea animadvertit (e), *Demonstrationis evangelicæ* interpretem de industria Eusebium ad catholicam sententiam detorsisse. Sed pro munere nostro satis hæc sunt.
- II. *Per multis in locis Demonstratio evangelicæ Arianum se prodit Eusebius. Hac de re nonnulla* B *proferuntur specimina Arianica. Eusebii placita* C *interpretes de industria ad catholicam sententiam detorquet.*

(a) Fabric. in *Delect. argum.*, pagg. 1-22. Hamb. 1725.

(b) Euseb. *Demonstr. evang.* lib. iv, cap. 3, pagg. 147.

(c) Maran. *Dirin. D. N. J. C.*, lib iv, cap 27,

§ 3, et cap. 28, y 4, pagg. 584, 593, 601.

(d) Montf. Prælium. ad tom. I *Collect. PP. Græc.* pagg. xv-xxix.

(e) Id. ibid. § 5, pag. xix.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΤΩΝ ΕΙΚΟΣΙ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΑ ΔΕΚΑ.

BIBLION ΠΡΩΤΟΝ

EUSEBII PAMPHILI DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ

EX VIGINTI, LIBRI DECEM.

LIBER PRIMUS.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ Τῷ ΠΡΩΤῳ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Προόμιον.

α. Τίνας καὶ ὁπόσα ἐπαγγέλλεται ἡ πραγματεία.

β. Τίς ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν εὐσεβίας τρόπος.

γ. Ὅτι μὴ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατάλληλος ἦν ἡ κατὰ Μωσθεά πολιτεία.

δ. Τί δὴ ποτε τὰ παρὰ Ἰουδαίους ἀποδεχόμενοι λόγια, τὸν παρ' αὐτοῖς βίον παρετησόμεθα.

ε. Τίς ὁ τοῦ Χριστοῦ τῆς Καινῆς Διαθήκης τρόπος.

ς. Τίς ὁ κατὰ τὴν Καινὴν Διαθήκην κατηγορημένος ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις βίος.

ζ. Πῶς ὁ Χριστὸς τὰ παρὰ Μωσθεῖ πρότερον ἐντελέσας, καινῆς καὶ νέας εἰσαγωγεὺς κατέστη πολιτείας.

η. Ὡς εἰς δύο τρόπους ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν διήρηται βίος.

θ. Τί δὴ ποτε μὴ ὁμοίως τοῖς παλαιοῖς, καὶ παρ' ἡμῖν τὰ τῆς πολυκαίδας σπουδάζεται.

ι. Τίνοι λόγῳ μὴ καὶ ἡμῖν ὁμοίως τοῖς παλαιοῖς θυμῶν καὶ θύειν τῷ Θεῷ τὰ γέωδη παραδέδονται.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἰδοὺ δὴ σοι, θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, Θεόδοτε, ἱερὲ Θεοῦ ἄνθρωπε, σὺν Θεῷ καὶ σὺν αὐτῷ γε τῷ Σωτῆρι ἡμῶν τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, μετὰ τὴν πρώτην προπαρασκευὴν τῆς εὐαγγελικῆς ὑποθέσεως ἐν ὅλοις πεντεκαίδεκα συγγράμμασι διαπεπονημένοις ἡμῖν, μέγα τοῦτο πρὸς ἡμῶν ἐξανύεται. Δέχου δὴ τα, ὡς C φιλῆ κεφαλῆ, τὴν ἀλτησιν, καὶ ταῖς εὐχαῖς ἡμῖν συμ-
τώνει, τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν ἤδη λοιπὸν ἐκ τῶν

HÆC INSUNT IN PRIMO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.

Proœmium.

1. Quænam et quanta in hacce tractatione promittantur.

2. Quisnam sit modus colendi Dei ex Christianismi præcepto.

3. Quod conditio reipublicæ Mosaicæ non fuerit omnibus gentibus conveniens.

4. Quænam de causa, cum omnium Judæorum oracula acceperimus, eorundem vivendi institutum recusarimus.

5. Quisnam modus Novi Testamenti, cujus Christus est auctor.

6. Quænam sit ea, quæ in Novo Testamento omnibus hominibus a Christo denunciata est, vita.

B 7. Quomodo Christus, postquam ea quæ a Mose tradita sunt, plene observavit, novæ rationis et legis introductor exstitit.

8. Quod quæ Christianismum amplexa est vita in duas species divisa est.

9. Quam ob causam non ut prisci illi, ita nos quoque numerosæ soboli operam damus.

10. Qua de causa non ita nobis, quemadmodum priscis incendere, et sacrificare Deo terrestria permissum est.

¶ PROœMIUM.

Ecce tibi, sacer homo Dei ac divina res inter episcopos, Theodote, post prius opus *De præparatione evangelica* quod totis quindecim libris elaboravimus, Dei atque ipsius Salvatoris nostri Deique Verbi auxilio, etiam præsens magnum hoc a nobis perficiendum suscipitur. Petitioni igitur nostræ, charum caput, locum concedito, precibusque tuis laborem nostrum adjuva, quo deinceps demonstra-

tionem evangelicam ex prædictionibus quæ a prima origine apud Hebræos promulgatæ exstant, exponere instituimus. Quomodo autem et qua ratione? ut nempe illis Deo charissimis, quos nosti omnium decantatos vocibus, Mose, inquam, et qui post hunc exsplenduerunt divinis beatisque prophetis ac sacris scriptoribus testibus utamur, atque ab illis prænuntiata ostendamus, quæ multis post demum sæculis in lucem prodita, atque per Salvatoris evangelicam demonstrationem in rem deducta sunt, quæque adhuc præsentis ætate in conspectu nostro perficiuntur, longe prius ab iisdem, divino Spiritu docente, percepta; ita ut absentia tanquam præsentia, et quæ nondum usquam erant, tanquam evidenter jam existentia intuerentur; nec hoc solum, sed etiam posteris scripto quæ olim essent futura præsignarent: ut jam alii quoque ex illis scirent futura cognoscerentque, et quotidie oraculorum illorum eventus et effectus præstolarentur. Qualia vero illa? infinita sane, aliaque omnivaria, et de omnibus communibus pariter et particularibus, quæque jam singulos spectarent homines, jam integras universitates; proprieque de rebus Hebræorum, atque similiter de externis gentibus; ut sunt eversionses urbium, temporum mutationes, rerum vicissitudines, adfuturorumque bonorum præsentiam, et contraria immittenda mala, ut gentium subjugationes ac servitutem, urbium obsidiones, integrorum regnorum eversionses vel instaurationes, atque alia infinita longis post temporibus eventura prænuntiavere. Verum hæc singula enumerari a nobis, præsentis instituti ratio neutiquam postulat. Itaque quamplurimis interim in aliud tempus dilatis, facile vel ex horum quæ afferemus veritate, monstrabitur.

CAPUT I.

Quenam et quanta in hac tractatione promittantur.

Quæ igitur nobis in præsentia ex prophetis vaticiniis ad evangelicam demonstrationem persequi e re videatur, cum maxime opportunum est exponere. Edixerunt nimirum prophetæ fore ut nominatim Christus, idemque Verbum Dei, ipseque Deus ac Dominus, et magnus quidam Angelus consilii inter homines versaturus esset, universo orbi, gentium Græcarum pariter et barbararum futurus Doctor veræ cognitionis Dei et pietatis in Deum, universi opificem, sicut evangelicum proficitur præconium: illumque ipsum futurum puerum, filiumque hominis vocatum iri, ut qui genus ab hominibus ducturus sit, nasciturusque ex virgine, nova quadam atque inusitata generationis ratione. Et quod maxime dignum est admiratione, ne locum quidem nativitatis ejus Bethlehem. omnibus etiamnum hodie qui ad illum spectandum extremis ab terræ finibus accurrunt decantatum, silentio involventes præterierunt, sed et hunc claris verbis proclamaverunt: sicut etiam tempus adventus et apparitionis ejus, quo præcise ille inter homines versatus est, idem veluti rebus prævertentes divino ore nuntia-

A ἀνάκαθεν παρ' Ἑβραίοις ἀνακειμένων προβήσεων παραστήσασθαι πειρωμένοις. Πῶς δὲ, καὶ τίνα τρόπον τοὺς θεοφιλεῖς ἐκείνους, οἶσα δὴ πού τοὺς βουμένους παρὰ τοῖς ἀνδράσι, Μωϋσέα δὲ λέγω, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἐκλάμπαντας θεοπρεπεῖς, καὶ τοὺς μακαρίους προφήτας τε καὶ ἱεροφάντας, μάρτυσιν ἀποχρώμενοι, ἐξ αὐτῶν τ' ἐπιδεικνύναι προφηρημένοι τὰ μακροὺς ὕστερον αἰῶσιν εἰς φῶς ἐλθόντα, καὶ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως πραγματευθέντα, τὰ τε καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς εἰσέτι νῦν περὶ ὀφθαλμῶν συντελούμενα θείῳ Πνεύματι προειληφότας ὡς ἂν παρόντα τὰ μὴ παρόντα, καὶ τὰ μηδέπω μηδαμῶς ὄντα, ὡς ἀναργῶς ὄντα κατωπτευκότας· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετέπειτα διὰ γραφῆς τὰ μέλλοντά ποτε ἔσεσθαι προμηνυκότας· ὥστε ἦδη καὶ ἑτέρους ἐξ αὐτῶν εἶδέναι τε καὶ γνωρίζειν τὸ μέλλον δύνασθαι, ὁσημέραι τε προσδοκᾶν τῶν λογίων τὰ ἀποτελέσματα. Ποῖα δὲ ταῦτα; μυρία μὲν ἂν εἴη, καὶ ἄλλα παντοῖά τε, καὶ περὶ πάντων, κοινῶν τε καὶ τῶν ἀνά μέρος, κατ' ἕκαστόν τε ἀνδρα, καὶ περὶ τῶν καθόλου· ἰδίως τε ἀμφὶ τῶν καθ' Ἑβραίους πραγμάτων, καὶ αὐτὰ πάλιν περὶ τῶν ἐξωθεν ἔθνῶν· οἷον δὴ πόλεων ἀναστάσεις, καιρῶν τε ἀλλαγὰς, καὶ πραγμάτων μεταβολὰς, μελλόντων τε ἀγαθῶν παρουσίας, καὶ τῶν ἐναντίων ἐπιφορὰς, ἀνδραποδισμοὺς ἔθνῶν, πόλεων πολιορκίας, τῶν καθόλου βασιλείων μεταστάσεις τε καὶ καταστάσεις, καὶ ἄλλα μυρία περὶ τῶν ἔσεσθαι μακροὺς ὕστερον χρόνοις μελλόντων, προσκλήρυττον. Ἄλλ' οὐ τοῦτων ὄγε παρῶν καιρὸς τὸν ἐλεγχον ἡμᾶς ἀπαίτει παραστήσασθαι· τὰ πολλὰ δὲ εἰσαυθις ὑπερβεμένους, ἐκ τῆς τῶν παρατεθησομένων ἀληθείας ἡρέμα καὶ τῶν ἀποσειωπημένων τὴν ἀποδείξιν πιστώσεται.

etiam illorum quæ silentio præterimus, fides de-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τίνα καὶ ὅσα ἐπαγγέλλεται ἡ πραγματεία.

Τίνα τοίνυν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκ τῶν προφητικῶν προβήσεων εἰς τὴν εὐαγγελικὴν ἀποδείξιν εὖ ἂν ἔχοι συντελεῖν, καιρὸς ἂν εἴη λέγειν. Χριστὸν ὀνομαστὶ καὶ Θεοῦ Λόγον, αὐτὸν τε Θεὸν καὶ Κύριον, καὶ τίνα μεγάλης βουλῆς ἄγγελον ἐπιδημήσειν ποτὲ εἰς ἀνθρώπους ἔφασαν, πάντων τε τῶν ἀνά πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνῶν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων διδάσκαλον ἀληθοῦς θεογνωσίας, καὶ τῆς εἰς τὸν τῶν ὧν δημιουργὸν Θεὸν εὐσεβείας καταστήσεσθαι, ἣ τὸ εὐαγγελικὸν περιέχει κήρυγμα· καὶ τοῦτον αὐτὸν παῖδιον ἔσεσθαι, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου κληθήσεσθαι, γένος τε ὄθεν κατὰξει· καὶ τίνα ξένον ἐκ παρθένου τρόπον αὐτοῦ τῆς ἀποτέξεως· καὶ τό γε παραδοξότατον, ὅτι μὴ πᾶσι τοῖς ἐκ παράτων τῆς εἰσέτι σήμερον ἐπὶ θεῶν σπεύδουσι βοῦμένον, τῆς ἐν Βηθλεὲμ γενέσεως αὐτοῦ χωρίον, σιωπῇ δόντες παρήλθον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο λευκοῖς ὀνόμασιν ἐξεβόησαν· ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς χρόνους τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, καθ' οὓς ἀκριβῶς οὗτος ἐπεδήμησεν τῷ βίῳ, ὥσπερ φθάσαντες οἱ αὐτοὶ διὰ τῶν πραγμάτων ἐθέπισαν. Πάρεστι δὲ σοι, μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὴν σπουδὴν, ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἐν ταῖς δηλωμέναις προφητικαῖς προβήσεσι πάσας

ὁμῶ περιεχομένας τὰς ὑπὸ τῶν θεσπεσιῶν εὐαγγελιστῶν μαρτυρουμένας αὐτοῦ δὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ παραδόξους θαυματουργίας, καὶ τὰς ἐνθέους αὐτοῦ καὶ παναρέτους περὶ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας διδασκαλίας. Καὶ τί δεῖ θαυμάζειν, ὅτε καὶ τὸν νέον τῆς εὐσεβείας τρόπον, τὸν (1) πρὸς αὐτοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις κατηγγελλέμενον, διαβρῆθη ἀνακηρύττουσι, κλησίν τε μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ Καινῆς Διαθήκης διδασκαλίαν; Ναὶ μὴν ἐπὶ τούτοις καὶ τὰς Ἰουδαίων εἰς αὐτὸν ἀπιστίας καὶ ἀντιλογίας, ἀρχόντων τε ἐπαναστάσεις, διδασκάλων φρόνους, ἐνὸς μαθητοῦ προδοσίαν, ἐχθρῶν διαβολάς, συκοφαντῶν κατηγορίας, δικαστῶν κατακρίσεις, ὕβρεις ἀτίμους, μάλιστα ἐκτόπους, δυσφημους λοιδορίας, ἐπὶ πᾶσι τὸν ἐπονείδιστον θάνατον· αὐτοῦ τε ἐπὶ τούτοις σιωπῆν θαυμάσιον, πρᾶδτητά τε καὶ καρτερίαν, ἀμήχανόν τε ὄσσην ὑπομονὴν καὶ ἀνεξικακίαν. Ταῦτα δὲ πάντα ἀντικρυσ περὶ ἐνὸς ἐν ὑστάτοις ποτὲ χρόνοις ἤξοντος, καὶ τοιαῦτα ἐν ἀνθρώποις πεισομένου, σαφῶς δι' ὧν προσηλῆφασαι, τὰ παλαιάτα Ἑβραίων περίστυσι λόγια, ἐπιμαρτυρούμενα τὴν μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν τοῦ δηλουμένου, τὴν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς φανέρωσιν, τὴν τοῦ θεοῦ Πνεύματος εἰς αὐτοὺς μετάδοσιν· τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνοδὸν αὐτοῦ, τὴν Πατρὸς ἕνθρονον βασιλείας ἔδρυσιν, τὴν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ βίου δευτέρου αὐθις ἐσομένην ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις θρήνηος ἀκούση καὶ ὀλοφυρμῶς ἐκάστου τῶν προφητῶν διαφόρως ὀλοφυρομένου, καὶ ἀποκλαιόμενον, ὅσα τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τῆς εἰς τὸν προκηρυχθέντα δυσσεβείας ἔνεκα μετελεύσεσθαι κακὰ ἐμελέεν, ὡς τὸ βασίλειον αὐτῶν, ἀνωθεν ἐκ πατέρων εἰς ἐκείνους διαρκέσαν τοὺς καιροὺς, παντελῆ καθαιρεσιν μετὰ τὴν κατὰ Χριστοῦ τὸλμαν αὐτῶν ὑπομενεῖ· ὡς οἱ πατέριαι αὐτῶν νόμοι καταλυθήσονται, ὡς τῆς παλαιᾶς θρησκείας αὐτῶν ἀποστερήσονται, ὡς τῆς ἐκ προγόνων αὐτονομίας ἐκπεσοῦνται· ὡς ἀντ' ἐλευθέρων δούλοι τῶν ἐχθρῶν καταστήσονται, ὡς ἡ βασιλικὴ μητρόπολις αὐτῶν πυρκαϊστος γενήσεται, ὡς τὸ σεμνὸν αὐτῶν καὶ ἀγνὸν ἱερὸν ἐμπρησμένον καὶ ἐσχάτην ἐρημίαν ὑπομενεῖ· ὡς ἀντὶ τῶν πάλαι οἰκητόρων ὑπὸ ὀμοφύλων (1*) ἔθνων ἡ πόλις αὐτῶν κατοικισθήσεται, ὡς εἰς πάντα τὰ ἔθνη καθ' ὅλης οἰκουμένης διασπαρήσονται, ὡς οὐκέτ' αὐτοῖς ἡ τῶν κακῶν παῦλα, οὐδέ τις ἀνάνευσις τῶν συμφορῶν ἐλπισθήσεται· ἃ καὶ τυφλῶ, φασί, δῆλα, εἰσέτι νῦν τὴν τῶν λόγων ἔβην αὐτοῖς ἔργοις ἐνδείκνυται, ἐκ πρώτης αὐτῆς ἡμέρας, ἐξ ἧς ἀθέους ἤραντο κατὰ Χριστοῦ χεῖρας, τὴν τῶν κακῶν ἀρχὴν εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπώμενοι. Οὐκ ἦν δ' ἄρα τοῖς θεσπεσιοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ σκυθρωποῖς τὰ τῶν προβρῆσεων ἰστάναι, οὐδὲ μέχρι τῶν λοπηρῶν ἐπιτεινεσθαι τὴν πρόγνωσην· ἀλλὰ γὰρ εἰς τὸ φαιδρὸν μεταβάλλοντες, αἰθις ἀγαθῶν ἀγγελίας ἀθρόως ἅπασιν ἀνθρώποις ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ προεκήρυττον, ἀντὶ τῆς ἐνὸς ἔθνους ἀποβολῆς πᾶν ἔθνος καὶ γένος ἀνθρώπων θεογονώσαν εὐαγγελιζόμενοι, καὶ δαιμόνων ἀποφυγῆν, ἀγνωσίας τε καὶ πλάνης ἀπαλλαγῆν, φωτός τε καὶ εὐσεβείας ἀνά-

A vere. Licebit etiam tibi studiose admoventi operam, videre ad oculum in prophetis quæ proditæ sunt prædictionibus, universa simul comprehendi testata divinis evangelistis ipsius Salvatoris nostri Jesu Christi stupenda miracula, divinasque ejus et plenas omnis virtutis de vera pietate doctrinas. Et quid mirum hoc, cum et novam rationem pietatis omnibus hominibus ab eo commendandam perspicue prædicent, vocationemque discipulorum ejus ac Novi doctrinam Testamenti. Nec minus certe præterea Judæorum in ipsum incredulitatem et contradictiones, principum insurrectiones, doctorum invidiam, unius discipuli proditionem, calumnias hostium, sycophantarum accusationes, judicum condemnationes, turpes ignominias, flagella gravissima, infamia probra, et super omnibus hisce mortem contumeliosam. Ipsius adhæc admirandum silentium, lenitatem et constantiam, incredibilemque quantam patientiam malorumque tolerantiam. Hæc omnia diserte de uno quodam in postremis olim venturo temporibus atque inter homines talia exantlaturo perspicue prænuntiant, traduntque antiquissima Hebræorum oracula; simulque testantur eundem post mortem iterum reversurum in vitam, discipulis suis appariturum, divinumque Spiritum in illos emissurum. Reditum item ejus memorant in caelos, firmamque in throno regni Patris sedem, atque in consummatione sæculi futurum iterum alterum ejus adventum gloriosum. Super omnibus hisce threnos percipies atque ejulatus singulorum prophetarum multifariam queritantium atque deplorantium quanta populo Judaico ob impietatem in hunc patratam sustinenda essent mala: quod regnum ipsorum a patrum temporibus usque ad illorum ætatem continuatum, funditus esset evertendum post ea quæ in Christum ausi fuissent: quod patriæ ipsorum leges dissolvendæ, quod ipsi veteri cultu suo religioso privandi, atque libertate avita exuendi, quod pro liberis servi hostium futuri essent: quod regia ipsorum metropolis tradenda flammis, et religiosum illorum et sanctum templum conflagraturum atque extremam expecturum solitudinem: quod pro avitis incolis urbs eorum alienis inhabitanda nationibus, quod in omnes gentes per totum orbem terrarum dispergendi, quod nulla amplius a malis requies, neque a calamitatibus respiratio speranda illis foret: quæ cæco, quod aiunt, manifesta, etiam nunc verborum vim rebus ipsis demonstrant, cum a prima illa die qua impias manus Judæi in Christum tulerunt, malorum initium in se contraxerint. Non libuit autem divinis prophetis prædictiones suas in mœstis finire, neque ultra tristia extendere vaticinandi facultatem, sed I' ad pulchrum conversi iidem vicissim bonorum significationes magno numero, omnibus hominibus Christi adventu impertiendorum prænuntiaverunt: fore scilicet, ut pro unius gentis rejectione, omnes

(1) Sic correximus pro τοῦ. EDIT. PATROL

(1*) Leg. ἄλλοφύλων.

populi et nationes hominum per Evangelium edoceantur veri Dei cognitionem, dæmonas deserant, ignorantiamque exuant et errores, lux autem ac pietas longe lateque resplendeat : ut a Christi discipulis universus orbis repleatur ejus dogmate, ut Evangelium ab illis doceantur omnes homines novam miramque complectens pietatis rationem : atque ut Ecclesiæ Christi per eosdem in omnibus gentibus constituentur, et unus populus Christianus nominetur per universum qua patet incolis orbem terrarum. Futurum esse etiam, ut quæ subinde a principibus regibusque contra Ecclesiam Christi excitandæ sint persecutiones, nihil ad evertendam illam valeant, utpote quæ Dei robore firmatur. Hæc et tanta cum ab Hebræorum theologis proclamata fuerint, atque etiamnum omnibus palam illarum rerum eventus se ostendat, quis non divinum illorum virorum spiritum admiraretur? quis non disciplinam et dogmata religionis ipsorum et philosophiæ fateatur genuina ac verissima esse? siquidem demonstrationem præ se ferunt non quidem comptis atque ornatis verbis, neque vi dicendi aut per-versi artificii argumentationibus ad decipiendum comparatis, sed simplici et remoto a fraude doctrinæ genere, cujus genuinæ sinceræque veritati fidem facit virtus et cognitio Numinis quæ in divinis illis viris fuit. Qui igitur potuerunt res, quæ longis sæculis post evenerunt, tot millenis ante annis, non humano sed divino videre spiritu, quidni digni fide sint ut dogmata quæ discipulos suos edocuerunt, vera esse credantur? Probe etiam novi usitatum esse omnibus, qui Salvatorem ac Dominum nostrum Jesum eumdem vere Christum Dei esse, ita ut par est, instituant demonstrare, ante omnia facere fidem, quod non aliter in eum quam prophetis testimoniis de eo editis congruenter credant : deinde et hoc ipsum coram omnibus cum quibus in sermonem descendunt, haud diffiteri, quod singularis studii ac laboris sit, singula capita Evangelii posse demonstrationibus suis firmare. Unde necessario ad hoc ipsum delatus, Dei auxilio tentabo secundum prænuntiata ex ipsis illis Hebræorum theologis, integram universæ evangelicæ demonstrationis tractationem tradere. Quod vero studium præsentis opere a me impenditur, non Judæis oppugnandis, ut putet aliquis, est destinatum, apage; tantum enim ab hoc abest, ut potius pro illis, si sanam mentem asserant, faciat : firmat siquidem Christianam rem petito a longis ab hinc prædictionibus testimonio : rem Judæorum autem, ex perfecta prophetiarum quas illi habent impletione. Juvabit quoque Græcorum filios sive ethnicos, qui animis bene constitutis accesserint, per admirandam futurorum prænotionem rerumque secundum prædictiones eventum, simul ostendendo divinam atque certissimam dogmatum nostrorum veritatem, simulque solidiore demonstratione obturando linguas patronorum mendacii, quam nusquam nobis suppetere contendunt sycophantæ, etiam atque

λαμψιν· καὶ ὡς οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ τὸν πάντα κόσμον τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἐμπλήσουσιν, ὅπως τε εἰς πάντας ἀνθρώπους τὸ εὐαγγέλιον αὐτῶν κηρυχθήσεται, καὶ νῦν τινὰ καὶ ξενίζοντα τρόπον εὐσεβείας περιέχον· καὶ ὡς Ἐκκλησίαι Χριστοῦ δι' αὐτῶν ἐν ὅλοις τοῖς ἔθνεσι συστήσονται, καὶ ὡς ἐνδὸς ὁ Χριστιανῶν λαὸς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὀνομασθήσεται· καὶ ὡς αἱ τῶν κατὰ χρόνους ἀρχόντων τε καὶ βασιλέων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ἐπαναστάσεις οὐδὲν εἰς τὸ καθελθῆναι αὐτὴν, ὡς ἂν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κραταιουμένην, ἰσχύσουσι. Τοσούτων διὰ τῶν καθ' Ἑβραίους θεολόγων ἀναπεφνημένων, καὶ εἰς δεῦρο πᾶσιν εἰς φανερόν τὰς ἐκβάσεις ἐπιδεικνυμένων, τίς οὐκ ἂν τὸ ἔνθεον ἀποθαυμάσειε τῶν ἀνδρῶν; τίς δ' οὐχὶ τῆς κατ' αὐτοὺς θεοσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ μαθήματά τε καὶ τὰ δόγματα κύρια καὶ ἀληθῆ εἶναι ὁμολογήσει; τὴν ἀπόδειξιν παρεχόμενα οὐκ ἐν λέξεσι κεκομψυμέναις, οὐδ' ἐν δεινότητι λόγων, ἢ κακοτέχνῳ ἀπάταις συλλογισμῶν· ἐν ἀπλῆ δὲ καὶ ἀπανούργῳ διδασκαλίᾳ, ἧς τὸ γνήσιον καὶ εἰλικρινὲς τῆς ἀληθείας ἢ τῶν θεσπεσίων αὐτῶν ἐκείνων ἀνδρῶν ἀρετὴ τε καὶ θεογνωσιὰ παρίστανται. Οἱ γοῦν τὰ μακροῖς αἰῶσιν ὕστερον εἰς φῶς ἐλθόντα πόρρωθεν μυρίοις ἀνωθεν χρόνοις οὐκ ἀνθρωπίνῳ, θεῷ δὲ πνεύματι κατοπεύσαι δεδουνημένοι, πῶς οὐκ ἄξιοι ἂν εἴεν καὶ περὶ ὧν τοὺς φοιτητὰς ἐξεπαίδευσον δογμάτων πιστεύεσθαι; Εἰ μὲν οὖν οἶδα ἀκριβῶς, ὅτι πρόχειρον ἅπασι, τοῖς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ὡς ἂν αὐτὸν ἀληθῶς ὄντα τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ γνησίως παραδεδεγμένους, πρῶτον μὲν πείθειν αὐτοὺς δοκεῖν, ὅτι μὴ ἄλλως εἰς αὐτὸν πεπιστεύκασιν ἢ ταῖς περὶ αὐτοῦ προφητικαῖς μαρτυραῖς ἀκολουθῶς· ἔπειτα τοῦτ' αὐτὸ καὶ πᾶσιν, οἷς ἂν εἰς λόγους καταβαίνουσιν προβάλλεσθαι· μὴ μὴν βραδίως τὸ ἐπάγγελμα πιστοῦσθαι ταῖς ἀποδείξεσι δύνασθαι. Ὅθεν ἀναγκαίως ἐπὶ τοῦτ' αὐτὸ παρελθὼν, σὺν Θεῷ βοηθῶ, κατὰ τὰ ἐπηγγελμένα τὴν ἐντελῆ πάσης τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως πραγματείας ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῶν παρ' Ἑβραίοις θεολόγων παραστήσασθαι πειράσασθαι. Σπουδαιολογεῖται δὲ μοι ἡ γραφὴ, οὐκ ὡς ἂν τις φαίη κατὰ Ἰουδαίων, ἅπαγε, πολλοῦγε καὶ δεῖ· πρὸς αὐτῶν μὲν οὖν, εἰ εὐγνωμονοῖεν, τυγχάνει· συνίστησι γὰρ τὰ μὲν Χριστιανῶν διὰ τῆς ἀνάκαθεν προβήσεως ἐπιμαρτυρίας, τὰ δ' ἐκείνων διὰ τῆς τῶν παρ' αὐτοῖς προφητειῶν ἀποτελεσματικῆς συμπληρώσεως. Ἀρμόσειε δ' ἂν καὶ παισὶν Ἑλλήνων, εἰ εὐγνωμονοῖεν, διὰ τῆς παραδόξου τῶν μελλόντων προγνώσεως, τῆς τε τῶν πραγμάτων κατὰ τὰς προβήσεις ἐκβάσεως· ὁμοῦ μὲν τὸ ἔνθεον καὶ ἀψευδὲς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀληθείας ἐπιδεικνυμένη, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰς τῶν ψευδηγῶρων γλώττας ἐπιστομιζούσα διὰ τῆς λογικωτέρας ἀποδείξεως, ἧς οὐδαμῶς ἡμῖν οἱ συκοφάνται μετεῖναι διατείνονται, εὖ μάλα ὁσημέραι ταῖς καθ' ἡμῶν διατριβαῖς κατακράτος ἐπεντριβόμενοι. Οὐδὲν γοῦν ἡμᾶς δύνασθαι φασὶ δι' ἀποδείξεως παρέχειν, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἄξιον τοὺς ἡμῖν προσίοντας. Καὶ πρὸς οὖν τὴν τοιαύτην διαβολὴν οὐκ ἂν γένοιτο ἡμῖν ἄλογος ἢ παρούσα πραγματεία. Ναὶ μὴ καὶ τῶν ἀθέων

εἰρήσεων τὰς κατὰ τῶν θεῶν προφητῶν ψευδοδοξίας τε καὶ βλασφημίας ἀπελέγξει διὰ τῆς πρὸς τὰ νέα τῶν παλαιῶν συμφωνίας. Τὴν μὲν οὖν μακροτέραν καὶ διεξοδικήν τῶν προφητικῶν φωνῶν ἐρμηνείαν τανῶν ὁ λόγος ὑπερβήσεται, τοῖς βουλομένοις τούτων ἐξετάζειν καταλιπὼν, οἱοί τ' ἂν εἰπεῖν τὸν τρόπον. Διδασκάλῳ δὲ χρώμενος παραγγέλματι θεῶν φάσκοντι, «Κεφαλαίωσον ἐν ὀλίγοις πολλὰ,» τοῦτο ζηλώσαι φιλοτιμήσεται· αὐτὸ μόνον ἀφορμὰς τῆς εἰς τοὺς τόπους θεωρίας, καὶ τῶν εἰς τὸ προκειμενον κατεπειγόντων, τὴν εἰς τὸ σαφὲς ἐρμηνείαν παραβησόμενος. Ἄλις μὲν δὴ προοιμίων ἤδη δὲ καὶ τῶν ἀποδείξεων ἔρχομαι. Ἐπειδὴ πολλὸς ἦν ἐπιβρόχων καθ' ἡμῶν ὁ τῶν συκοφαντῶν ὄχλος, μηδὲν δύνασθαι φάσκων δι' ἀποδείξεων ἐναργὲς ἀληθείας παρέχειν δεῖγμα, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἀξιοῦν τοὺς ἡμῖν προσιόντας, τούτους δὲ καὶ πείθειν οὐδὲν πλέον, ἢ σφᾶς αὐτοὺς θρημμάτων ἀλόγων δικὴν μύσαντας, καὶ εὐ ἀνδρείως ἐπεσθαι δεῖν ἀνεξετάτως ἅπασιν τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις, παρ' ὃ καὶ πιστοὺς χρηματίζειν τῆς ἀλόγου χάριν πίστεως· εἰκότως διελὼν τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς ἐν τῇ προπαρασκευῇ τοῦ παντὸς λόγου, πρώτῃ μὲν τὴν τῶν πολυθέων ἐξεβέβηθη ἐθνῶν, ἐπεγκαλούντων ἡμῖν, ὅτι δὴ τῶν πατρῶν θεῶν ἀποστάται κατέστημεν, ἐπεὶ μέγα φαμένον τε, ὅτι τὰ βάρβαρα τῶν Ἑλλήνων προτετιμήκαμεν, τὰ παρ' Ἑβραίων ἀσπασάμενοι λόγια· δευτέραν δὲ τὴν αὐτῶν Ἰουδαίων κατηγορίαν, δι' ἧς καὶ αὐτοὶ ὀδύονται ἐν ἡμῖν ἐνδίκως ἐπιμέμφεσθαι, ὅτι δὴ τὰς αὐτῶν Γραφὰς καταχρώμενοι, οὐ τὸν ὅμοιον αὐτοῖς μέτιμεν τοῦ βίου τρόπον. Τούτων δ' οὕτως ἡμῖν διευκρινημένων, πρὸς μὲν τὴν πρώτην, ὡς οἶόν τε ἦν, διὰ τῆς *Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς* ἀπηντήσαμεν, Ἕλληνας μὲν εἶναι τοπρὶν ὁμολογήσαντες, καὶ ἐξ ἑτέρων ἐθνῶν τὰ Ἑλλήνων πεφρονηκότες, ἐκ πατέρων τε τῇ πολυθέῳ πλάνῃ δεδουλωμένοι· οὐ μὴν μέντοι ἀλόγῳ καὶ ἀνεξετάστῳ ὀρμῇ, κρίσει δὲ καὶ σώφρονι λογισμῷ μετατιθέμενοι, τὴν τε περὶ τὰ Ἑβραίων λόγια σπουδῆν κεκριμένως ἡμῖν καὶ εὐλόγως γεγεννημένην παραστήσαντες. Πρὸς δὲ τὴν δευτέραν ὥρα νῦν φράξασθαι, καὶ τὸ λείπον ἐπιθεῖν σκέμμα· τοῦτο δ' ἦν πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς, οὕτως καὶ νῦν ἐξητασμένον, ἐνταῦθα δὲ που κατὰ καιρὸν ἐν τοῖς σπουδαζομένοις τῆς *Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως* ἀναπληρωθησόμενον. Φέρε οὖν, τὸν ἀπάντων Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων θεὸν δι' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπικαλεσάμενοι, πρῶτον ἐκεῖνο διασκεψόμεθα, τίς ὁ τρόπος τυγχάνει τῆς καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς θεοσεβείας· ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τῶν ἐπιζητουμένων ἀπάντων ἐπιθήσομεν τὰς λύσεις.

amplexos prudenti cognitione et sano consilio id nos fecisse docuimus. Adversus alteram porro criminationem jam nos armare tempus est, et quod ex circumcissione sunt, nondum adhuc a nobis exantlatum, præsentem tractationem opportune in his qui præ manibus sunt, *Demonstrationis Evangelicæ* libris absolvendum. Age igitur, communi illo omnium Judæorum pariter ac gentium Deo, per ipsummet Salvatorem nostrum invocato, primum illud inquiremus, quinam modus et quæ ratio cultus nostri sit quo Deum prosequimur : cum hoc ipso enim et singulorum quæ possunt in quæstionem venire, solutionem adjungemus.

¹ Eccli. xxxii; al. xxxv, 11.

A etiam quotidie omnibus viribus quando adversus nos disputant, huicce insistentes causationi, ut dicant, nihil nos posse demonstratione firmare, sed tantum ab iis qui ad nos accedunt fidem habendam exigere. Cui calumniæ retundendæ non inopportuna præsens tractatio futura est, sed et ostensa novorum cum veteribus concordia impiarum hæresium, falsas opiniones et blasphemias adversus divinos prophetas profecto revincet. Longiorem autem et uberiores prophetarum vocum explicationem præsentem opere prætermittam illisque relinquam, qui has altius scrutari voluerint, atque ad hoc perficiendum fuerint idonei. Ego autem divino præcepto magistro usus sum, quod « paucis multa comprehendere »¹ jubet, idque sectari omni studio annitar, tantummodo additurus, quæ ansam præbeant considerandis et intelligendis locis, perspicuamque eorum quæ ad propositum faciunt interpretationem exhibere queant. Sed proœmiorum quidem satis : jam demonstrationes ordiri juvat. Cum enim frequens nobis insultaverit sycophantarum multitudo, affirmantium nihil nos posse evidenti veritatis ostensione demonstrare, sed tantum velle, ut credant qui ad nos veniunt, atque ita attendant : neque aliud quidquam illis persuasum iri, quam ut brutorum pecorum more, cæco impetu, nihilque examinantes strenue obsequantur omnibus quæcumque a nobis dicuntur, unde etiam fideles sive credulos ab bruta credulitate appellari contingat. Hinc non ab re dividendas quæ nobis obijciuntur calumnias existimavi, atque in præparatione universi operis, primo quidem loco, illam gentium multos colentium deos exposui, qui nobis vertunt vitio, quod patriorum deorum desertores facti sumus, et tanquam magnum aliquid objectant, quod barbara Græcis prætulimus et Hebræorum oracula fuimus amplexi. Alteram vero criminationem illatam a Judæis, qua et ipsi videntur nos haud injuria reprehendere, quod ipsorummet sacris usi litteris, non tamen eadem vitæ rationem sectamur. Cum hæc igitur ita distincte exposita a nobis fuerint, priori quidem criminationi, ut res tulit, in *Præparatione Evangelicæ* occurrimus, confessi ethnicos initio nos fuisse atque ex cæteris gentibus, Græcos eorumque opiniones prætulisse, atque a parentibus errori multos colenti deos serviisse. Neutiquam autem insano impetu et sine examine nos mutasse sententiam, sed judicio sobriaque ratione, studium Hebraicorum oraculorum

CAPUT II.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Quinam sit modus colendi Dei ex Christianismi præscripto.

Τίς ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν εὐσεβείας τρόπος.

Jam prius quidem a me in *Præparatione Evangelica* dictum est, quod Christianismus nec ethnicismus sit nec Judaismus, sed propriam quamdam gerat in se notam propriumque characterem pietatis; neque novum illum aut absurdum, sed longe antiquissimum, Deoque charis et pietatis ac justitiæ laude illustribus viris, ante Mosis tempora usitatum perspectumque. Verum juvat etiam nunc breviter videre ac considerare quid sit ethnicismus, quid Judaismus; atque utrum alterutri horum addictos invenire liceat charos Deo viros, quibus Moses ipse divini amoris atque pietatis perhibet testimonium. Judaismum non sine ratione dixerit aliquis rempublicam secundum legem Mosis constitutam, ab uno summo dependentem Deo: ethnicismum **¶** vero summam dixeris esse superstitionem ex patris gentium quarumlibet ritibus plures colentem deos. Ecquid igitur dicturi sumus de viris illis Deo charissimis, qui ante Judaismum exstiterunt, quorum Moses mentionem facit, ut de Enocho, cui his verbis præbet testimonium ²: « Enoch placuit Deo. » Atque de Noe, de quo rursus ait: « Noe homo justus in generatione sua ³. » De Setho itidem ac Japhetho, de quibus ita scribit: « Benedictus Dominus Deus Seth, et dilatet Deus Japheth ⁴. » Ac præterea de Abrahamo, Isaaco et Jacobo, quibus etiam Jobum annumerare consentaneum est, et si qui alii similem hisce vitam fuere sectati. **C**oportet enim hosce vel Judæos exstitisse vel Ethnicos. At enim Judæi quidem dici jure non possunt, cum eorum temporibus lex Mosis nondum in hominum vitam fuerit introducta. Si enim Judaismus nihil exstitit aliud quam Mosis legum observatio; Moses autem longa post illos de quibus dixi, tempore claruit: evidens est, quod Judæi haud fuerint qui ante Mosis tempora testimonium pietatis tulerunt. Sed neque ethnicos eosdem existimare convenit. Namque de Abrahamo dicitur ⁵, quod domum patriam et cognationem reliquerit, unique soli Deo adhæserit, quem etiam profitetur, cum ait ⁶: « Extendam (manum meam) ad Deum altissimum, qui creavit cælum et terram. » De Jacobo autem **D** apud Mosen scriptum est ⁷, quod domui suæ et omnibus suis præcepit: « Tollite deos alienos de medio vestri; et surgentes ascendamus in Bethel, et faciamus ibi aram Domino, qui exaudivit me in die tribulationis, qui fuit mecum et salvavit me in via qua ivi. Et dederunt Jacobo deos alienos, qui erant in manibus eorum, et in aureas quæ erant in auribus eorum. Et abscondit ea Jacobus sub terebintho quæ erat in Sichimis, et perdidit ea usque in hodiernum diem. » Si igitur et ab idololatrarum errore alieni fuerunt, et sicut demonstratum est, extra Judaismum constituti: tamen quanquam nec

Εἶρηται μὲν ἤδη καὶ πρότερον ἐν τῇ Προκαριασκειῇ, ὡς ὁ Χριστιανισμὸς οὔτε Ἑλληνισμὸς τίς ἐστιν οὔτε Ἰουδαϊσμὸς, οἰκεῖον δὲ τινα φέρων χαρακτηριστῆρα θεοσεβείας· καὶ τοῦτον οὐ νέον, οὔδ' ἐκτετοπισμένον, ἀλλ' εὖ μάλα παλαιότατον, καὶ τοῖς πρὸ τῶν Μωϋσέως χρόνων θεοφιλέσιν ἐπ' εὐσεβείᾳ τε καὶ δικαιοσύνῃ μεμαρτυρημένοις συνήθη καὶ γνώριμον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἐπιθεωρήσαντες τί ποτ' ἐστὶν ὁ τε Ἑλληνισμὸς καὶ Ἰουδαϊσμὸς, σκεψώμεθα, ποτέρῳ τούτων ὑπηγγένους τοὺς πρὸ Μωϋσέως θεοφιλεῖς ἀνδρας, πρὸς αὐτοῦ Μωϋσέως θεοφιλεῖς, καὶ ἐπ' εὐσεβείᾳ μεμαρτυρημένους εὐρομεν **B** ἂν. Τὸν μὲν Ἰουδαϊσμὸν εὐλόγως ἂν τις ὀνομάσαιε τὴν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον διατεταγμένην πολιτείαν, ἐνδὸς ἐξηγμένην τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ· τὸν δὲ Ἑλληνισμὸν, ὡς ἐν κεφαλαιῷ φάναι, τὴν κατὰ τὰ πάτρια τῶν ἐθνῶν ἀπάντων εἰς πλειονας θεοὺς δεισιδαιμονίαν. Τί οὖν φησαιμεν περὶ τῶν πρὸ Μωϋσέως καὶ πρὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, ὧν ὁ Μωϋσῆς ἐμνημόνευσεν, οἷον, περὶ Ἐνώχ, ᾧ μαρτυρεῖ λέγων· « Εὐηρέστησεν δὲ Ἐνώχ τῷ Θεῷ. » καὶ περὶ τοῦ Νῶε, περὶ οὗ πάλιν φησὶ· « Νῶε δὲ ἦν ἀνθρώπος δίκαιος, ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ. » περὶ τε τοῦ Σήθ καὶ τοῦ Ἰάφεθ, περὶ ὧν ταῦτα ἀναγράφει· « Εὐλόγητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Σήθ. » καὶ, « Παύονται ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ. » καὶ ἔτι πρὸς τούτοις περὶ τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ Ἰσαάκ, καὶ τοῦ Ἰακώβ, οἷς καὶ τὸν Ἰώβ συναριθμεῖν εὐλογον, καὶ εἰ τινες ἄλλοι τὸν ἐμπερῆ τούτοις ἐξήλωσαν βίον; Ἄρα γὰρ Ἰουδαίους αὐτοὺς χρῆναι γεγονέναι, ἢ Ἑλλήνας. Ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαῖοι μὲν οὐκ ἂν εὐλόγως λεχθεῖεν, μήπω τῆς Μωϋσέως παρεισαγωγῆς τῷ βίῳ νομοθεσίας. Εἰ γὰρ Ἰουδαϊσμὸς οὐδὲν ἦν ἕτερον ἢ ἡ κατὰ Μωϋσεῖα πομπεία, Μωϋσῆς δὲ μακροῖς ὑστερον χρόνοις τῶν εἰρημένων πέφηνη· δῆλον, ὡς οὐκ ἂν εἴεν Ἰουδαῖοι οἱ πρὸ τῶν αὐτοῦ χρόνων ἐπ' εὐσεβείᾳ μεμαρτυρημένοι. Ἄλλ' οὐδὲ Ἑλλήνας προσήκει νομίζειν αὐτοὺς, μὴ τῇ πολυθέῳ δεισιδαιμονίᾳ κεκρατημένους. Ὁ τε γὰρ Ἀβραάμ καταλείψαι τελῶς λέγεται οἶκον πατρῶν καὶ συγγένειαν, καὶ ἐνὶ μόνῳ προσεσχηκέναι Θεῷ, ὃν καὶ ὁμολογεῖ φάσκων· « Ἐκτενω πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὑψίστον ὃς ἐκτίσεν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » ὃ τε Ἰακώβ ἀναγράφεται παρὰ τῷ Μωϋσεῖ φήσας τῷ οἴκῳ καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ· « Ἄρατε τοὺς θεοὺς τοὺς ἄλλοτρίους ἐκ μέσου ὑμῶν· καὶ ἀναβῶμεν εἰς Βεθὴλ, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ, τῷ ἐπακούσαντι μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, ὃς ἦν μετ' ἐμοῦ καὶ ἔσωσέ με ἐν τῇ ὁδῷ ἣ ἐπορεύθην. Καὶ ἔδωκαν τῷ Ἰακώβ τοὺς θεοὺς τοὺς ἄλλοτρίους, οἱ ἦσαν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ τὰ ἐνώτια τὰ ἐν τοῖς ὀσίν αὐτῶν, καὶ ἐκρυψεν αὐτὰ Ἰακώβ ὑπὸ τὴν τερεβινθὸν τὴν ἐν Σικίμοις, καὶ ἀπόλωσεν αὐτὰ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. » Εἰ δὲ οὖν καὶ τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης ἀλλότριον καθεστήκεσαν, καὶ Ἰουδαϊσμοῦ δὲ

² Gen. v, 22, 24. ³ Gen. vi, 9. ⁴ Gen. ix, 26, 27. ⁵ Gen. xii, ⁶ Gen. xiv, 22. ⁷ Gen. xxxv, 4.

ἐκτὸς γεγονότες ἀπεδείχθησαν, ὅμως γε μὴν οὐτε Ἕλληνας οὐτε Ἰουδαίους φύντες, θεοφιλεῖς γεγονέαι μεμαρτύρηται, καὶ δίκαιοι καὶ εὐσεβεῖς, εἰ καὶ τινες ἄλλοι· ὦρα τρίτον ἐπινοεῖν θεοσεβείας τρόπον, δι' οὗ κατορθῶσαι εἰκὸς ἦν αὐτοῦς. Σκόπει τοιαροῦν, εἰ μὴ τοῦτ' αὐτὸ ἦν, τὸ μεταξύ Ἰουδαϊσμοῦ καὶ Ἑλληνισμοῦ, τρίτον ἡμῖν ἀποδεδειγμένον τάγμα, παλαιάτατον μὲν καὶ πάντων τυγχάνον πρεσβύτατον, νεωστὶ δὲ διὰ τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατηγελμένον. Καὶ τοῦτ' ἂν εἴη ὁ Χριστιανισμὸς, οὐτε Ἑλληνισμὸς τις ὢν, οὐτε Ἰουδαϊσμὸς, ἀλλὰ τὸ μεταξύ τούτων, παλαιότατον εὐσεβείας πολιτεύμα, καὶ ἀρχαιοτάτη μὲν τις φιλοσοφία, πλὴν ἀλλὰ νεωστὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης νενομοθετημένη· ὥστε τὸν ἐξ Ἑλληνισμοῦ ἐπὶ τὸν Χριστιανισμὸν μετατιθέμενον οὐκ ἐπὶ Ἰουδαϊσμὸν ἐκπίπτει· οὐδ' αὖ πάλιν ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐθειλοθησεβείας ἀναχωροῦντα, εὐθύς Ἑλληνα γενέσθαι· τὸν δὲ ἐξ ἑκατέρου τάγματος, ἐκ τε Ἑλληνισμοῦ καὶ Ἰουδαϊσμοῦ μεριστάμενον ἐπὶ τὸν μέσον παριέναι νόμον τε καὶ βίον τὸν τῶν πάλαι θεοφιλῶν καὶ δικαίων ἀνδρῶν, ὃν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, μακρὸν ἐφησυχάσαντα χρόνον, αὐθις ἀνενώσατο ἀκολούθως τοῖς αὐτοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν περὶ τούτων αὐτῶν θεοπείσμασιν. Ἐν γοῦν τοῖς πρὸς τὸν Ἀβραάμ χρησιμοῖς αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς ἀναγράφει θεοπίζων, ὡς ἔτι μελλήσουσιν ἐν ὑστέροις ποτὲ χρόνοις, οὐχ οἱ τοῦ Ἀβραάμ ἀπόγονοι, οὐδ' οἱ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ Ἰουδαῖοι· ἀλλὰ γὰρ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ τῆς τοῦ Ἀβραάμ θεοσεβείας, εὐλογίας παρὰ Θεοῦ καταξιοθῆσεσθαι. Γράφει δὲ οὕτως· « Καὶ εἶπε Κύριος τῷ Ἀβραάμ· Ἐξέλθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἂν σοι δείξω. Καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα· καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος. Καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ πάλιν ὁ Θεὸς εἶπε· « Μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραάμ τοῦ παιδὸς μου ἃ ἐγὼ ποιῶ; Ἀβραάμ δὲ γενόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ. Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Πῶς δ' ἂν ἐμελλον τῷ Ἀβραάμ ἐνευλογηθῆσεσθαι πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, εἰ μηδὲν τι προσήκοντες ὑπῆρχον αὐτῷ, μήτε κατὰ ψυχῆς τρόπον, μήτε κατὰ σώματος συγγένειαν; Τῆς τε γὰρ κατὰ σάρκα συγγενείας τίς ἦν πρὸς τὸν Ἀβραάμ συγγένεια, Σκύθαις φέρε εἰπεῖν, ἢ Αἰγυπτίοις, ἢ Αἰθίοψιν, ἢ Ἰνδοῖς, ἢ Βρεταννοῖς, ἢ Ἰσπανοῖς; ἢ πῶς ἂν ταῦτα τὰ ἔθνη καὶ ἐν τὰ τούτων ἀπωκισμένα τῆς πρὸς τὸν Ἀβραάμ κατὰ σάρκα συγγενείας χάριν ἐμελλον εὐλογηθῆσεσθαι; Ἄλλ' οὐδὲ τῆς κατὰ ψυχὴν εὐλογίας εἰκὸς ἦν κοινωθῆσθαι τῷ Ἀβραάμ πάντα τὰ ἔθνη. Πῶς γάρ; ὅτε τὰ μὲν αὐτῶν ἐκθέσμοις μητρογαμίαις καὶ θυγατρομίαις, τὰ δ' ἀκολάστοις ὁμιλίαις ἀρρένουν πρὸς ἕρμενας ἀνεφύρετο, τὰ δὲ τὴν εὐσέβειαν ἐν ἀνθρω-

A ethnici essent nec Judæi, Deo charos nihilominus justosque si ulli unquam alii, et pius exstitisse, testimonium habuerunt. Convenit igitur tertium quendam mente concipere cultus divini modum, secundum quem recte vivere poterant. Vide igitur sitne hæc illa ipsa tertia demonstrata nobis inter Judaismum et ethnicismum media ratio, antiquissima quidem omnesque alias ætate antecellens, sed quam recenter omnibus gentibus Salvator noster annuntiavit. Atque hæc Christianismus utique fuerit, utpote qui nec ethnicismus est nec Judaismus, inter utrumque media antiquissima quædam cultus divini administratio ac status, genusque philosophiæ vetustissimum, sed recens omnibus hominibus per universum terrarum orbem sancitum : ita ut qui ab ethnicismo ad Christianismum transit, non in Judaismum excidat ; neque rursus, qui recedit ab Judaico voluntario cultu, statim fiat ethnicus : sed qui utroque ordine relicto, ethnicismum deserit atque Judaismum, is mediam subito legem vitamque priscorum charissimorum Deo et justorum virorum, quam Salvator ac Dominus noster, cum per longum illa tempus consopita jacuisset, excitavit iterum instauravitque, ita uti Mosis et cæterorum prophetarum vocibus hoc ipsum prædictum fuerat. Nam et in oraculis, quæ Abrahamo edita divinitus Moses testatur, scribit quod futuris olim temporibus non Abrahami posteris et ex semine ejus prognati Judæi, sed omnes tribus terræ et omnes gentes per similem cultus Dei rationem quo Abrahamus, benedictionem divinam essent obtenturi. Ita enim ait : « Et dixit Dominus ad Abraham : Exi de terra tua, et de cognatione tua, et ex domo patris tui, et vade in terram quam tibi demonstravero. Et faciam te in gentem magnam : et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus. Et benedicam benedicientes te, et maledicam maledicentes te, et benedicentur in te omnes tribus terræ. » Atque iterum dixit Deus : « Nunquid abscondam ego ab Abrahamo servo meo, quæ ego facio? Abraham autem stet in gentem magnam et multam. Et benedicentur in eo omnes gentes terræ. » Quomodo autem in Abrahamo benedicendæ essent omnes gentes et omnes tribus terræ, si quidem nulla ratio eum contingerent, neque animi ratione, neque cognatione corporis? Nam quod ad corporis cognationem attinet, quænam quæso, cum Abrahamo intercedit propinquitas, Scythiis verbi gratia vel Ægyptiis, aut Æthiopicibus, Indis, Britannis vel Hispanis? aut quomodo hæc gentes vel ab his etiam remotiores, benedicendæ fuerunt propter cognationem cum Abrahamo, quod ad carnem pertinet? Sed neque quod ad animorum cognationem, erat congruens gentes omnes de benedictione communi cum Abrahamo participare. Qui enim? cum aliæ nefandas matrum nuptias vel filiarum concubitus probarent, aliæ polluerunt sese incesta mare

¹ Gen. xii, 1-3. ² Gen. xviii, 17.

cum maribus libidine : alii cultum Numinis in hominibus immolandis, vel divina veneratione brutis animantibus aut idolis, ex inanima materia fabricatis exhibita ponerent, vel in spirituum multiplicis erroris auctorum superstitionibus collocarent : aliæ vivos exurerent ætate proveciures, aliæ etiam charissimos non dubitarent flammis tradere, aliæ vita spoliatorum vesci carnibus pulchrum et pium esse existimarent. Quomodo igitur eos qui tam belluinam ducerent vitam, consentaneum erat benedictionis viri Deo charissimi fieri consortes, nisi utique belluina illa vita abjecta et relicta, consimilem Abrahamo pietatem aliquando essent amplexuri? Nam et ille alienigena et alienus perhibetur ad eam quam deinde professus est transiisse pietatem, avitamque superstitionem deseruisse, domum, cognationem, mores patrios et vitæ, in qua genitus erat, rationem missam fecisse; Deo autem esse obsecutus, qui etiam oracula scriptis prodita illi edidit. Si igitur Moses qui post Abrahamum exstitit, et reipublicam per promulgatas a se leges Judæorum genti condidit ac fundavit, ejusmodi leges sanxisset, quas viri Deo chari ante eum recte agendo observassent, et quæ omnibus gentibus congruere, ut omnes tribus terræ et omnes gentes secundum Mosis constitutionem Deum colerent : fas erat affirmare, quod omnes ex omnibus gentibus Deum ex lege Mosaica pie colentes et Judaismum sectantes, Judæisque secundum legem conjunctos, Abrahami benedictione benedicendos esse divina oracula prænuntiaverint. Oportebat etiam nos leges a Mose sanctitas observare. Cum autem conditio reipublicæ Mosaicæ non fuerit cæteris congruens gentibus, sed tantummodo Judæis, neque hisce universis, sed solum versantibus in terra Judaica : necessarium omnino erat aliam constitui rationem, qua præter legem Mosaicam possent gentes ubique terrarum incolentes, quæ consimilem Abrahamo vitam ducerent, eandem cum illo benedictionem obtinere.

III. CAPUT III.

Quod conditio reipublicæ Mosaicæ non fuerit omnibus gentibus conveniens.

Quod autem constitutiones Mosaicæ Judæis tantummodo, ut dixi, neque hisce omnibus (non enim iis qui in dispersione victitabant, sed solis in Palestina versantibus) accommodatæ fuerint : evidens tibi erit ita colligenti. Ait alicubi Moses legeque præcipit ¹⁰ : « Ter quovis anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo. » Atque adhuc magis perspicue, ubinam triplici per annum tempore universos convenire oporteret, determinat cum ait ¹¹ : « Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo, in loco quem delegerit Dominus. » Vides, quod non in civitate quacunque, nec quovis ubi sors tulerit loco convenire jubet, sed « in loco, quem delegerit Dominus Deus tuus ¹². » Ibi tribus per an-

Deo essent oblaturæ?) Clamat autem palam et vociferatur Isaias vaticinans simul, ac dicens: « Erit altare Domino in terra Ægypti, et cognoscetur Dominus ab Ægyptiis, et mittet eis hominem qui salvos faciet eos, et cognoscent Ægyptii Dominum in die illa, et facient sacrificia, et vovebunt vota Domino, et reddent, et convertentur ad Dominum, et exaudiet eos, et sanabit eos⁹¹. » Ecquid tibi videtur veram legis Mosi conversionem dicere? an potius finem et solutionem enuntiare, et prophetiis vocibus vaticinari? Etenim Moses altare et sacrificia nusquam terrarum in sola Judæa et in hujus una duntaxat civitate constitui, lege a se posita jubet: prophetia autem in terra Ægypti ait altare Domino struendum dicandumque esse, et Ægyptios ipsos non amplius diis patriis rem sacram, sed ipsi prophetarum Deo facturos: et quod verum Deum sint agniture, non Mosen illis neque alium ex prophetis quempiam auctorem fore, sed novum quemdam divinitus missum hominem. **20** Porro autem translato commutatoque altari præter Mosi constitutiones atque decreta, necesse est penitus etiam legis Mosi fieri mutationem. Quod si summo Deo sacrificaturi sunt Ægyptii, prorsus etiam sacerdotii munus sunt adepturi. At Ægyptiis ad tale munus, assumptis quæ de Levitis et Aaron successoribus a Mose sunt constituta, nulli plane usui Ægyptiis amplius esse posse perspicuum est. Tempus igitur jam tum fuerit, legem novam ad ea quæ dicta sunt confirmanda, ponere opus esse. Quid igitur? temere hæc enuntiata sunt? an exitum invenit oratio? inspicite igitur si non hodie, hoc est nostris interim ipsorum temporibus, ipsis oculis cernuntur non solum Ægyptii, verum etiam omne genus hominum qui antehac simulacris addicti erant, quosque Ægyptiorum appellatione prophetica prædictio significat, a multorum deorum ac dæmonum impio cultu liberatum, et verum prophetarum Deum invocans et adorans. Vota autem faciunt, non pluribus amplius dominis, sed uni soli Domino, quem admodum sacrum prædixit oraculum. Et huic quidem altare incruentarium et rationalium hostiarum, ut nova Novi Testamenti mysteria postulant, per totum terrarum orbem erectum est: et cum in Ægypto, tum in reliquis gentibus, quæ mores Ægyptiorum imitantes, superstitionis errore tenebantur: hac ipsa ætate nostra cognitio veri Dei relucens, fidem iis quæ a prophetis prædicta sunt, indubitata adjungit. Hæc autem cum re ipsa interim perfici videas, nec amplius, ut quondam audita expectari, si tempus quæras unde principium ejusmodi res acceperit, non aliud invenies, quam cum Salvator noster advenit. Ipse igitur ille fuit, quem oraculum significabat, cum diceret Deum et Dominum universi, missurum Ægyptiis hominem qui

(4**) Οὐδ'. Forte οὐκ. EDIT.

salvos faciat eos, quem et Mosis vaticinia perhibebant, ubi ait: Egredietur homo de semine ejus et dominabitur gentibus multis⁹²; in quibus sane gentibus et Ægyptios numerari par est. Verum de his quidem longior esset oratio, et per otium huic ipsi rei dicatum, absolutius reddenda. Quod autem præsentis loci sit proprium, illud teneatur: ea quæ prædicta sunt, non alias quam post adventum Jesu Salvatoris nostri esse completa. Ab illo enim ad hunc usque diem apud Ægyptios, apud Persas, Syros, Armenios, apud extremas terrarum oras incolentes barbaros, et cum 21 apud has ipsas prius immanissimas et ferissimas nationes, tum vero etiam apud eos qui insulas colunt (quando et de his prophetia non indignum putavit facere mentionem) ipsa illa, quæ auctore Abraham comprobatur civilis ratio, et omnium antiquissimus colendi Deum mos, celebratur. Et quis non ipsa rei mirabilitate obstupescat? cum eos qui a condito ævo, lapidibus, et lignis, et dæmonibus, belluisque humana carne victitantibus et reptilibus venenatis, animalibusque omnis generis, et feris informibus, ignique, et terræ, et ipsius universi inanimatis elementis, divinum honorem et cultum tribuebant: altissimum Deum, et cœli ac terræ opificem, ipsum utique prophetarum Dominum, Deumque Abraham, et avorum ejusdem, post Salvatoris nostri adventum, videat invocantes: et eos qui paulo ante a matribus et filiabus libidinem non abstinebant, seque mutuo inter se corrumpabant, et omnis generis cruentationibus et cædibus inquinabant, qui nihil ab immanibus feris, victu ipso differebant, nunc per Salvatoris nostri divinam virtutem mutatos, et quasi ex aliis alios factos, sermones de virtute, modestiæque præcepta ut discant, in communes scholas assidue convenientes? atque adeo quidem, ut tam feminae quam viri, tam pauperes quam divites, tam vulgares et ignari quam docti etiam pueri, et mancipia, non minus in agris, quam in urbibus, in loca certa convenient, ut supremam illam philosophiam ediscant, quæ admonet, ne intueri quidem petulantibus oculis fas esse, neque verbum emittere otiosum, neque ea quæ communia sunt, et omnibus consueta patrare, et doceantur verum illum morem, quem ubique locorum in cultu et obsequio summi Dei servare conveniat, sicut dixit prophetia: « Et adorabunt eum unusquisque de loco suo⁹³. » Adorant igitur summum Deum omnes barbari et Græci, non Hierosolyma currentes, neque cruoribus aut sacrificiis placantes, sed domi suæ apud seipsos in spiritu et veritate, incruento puroque obsequio illum colentes. Et hoc fierat ipsum Novum Testamentum, quod non instar prioris illius, et veteris factum est. Vetus autem intelligito, non sanctorum hominum qui ante Mosem fuere, sed quod legis loco universæ Judæorum nationi ab ipso Mose positum est. Quocirca oraculum

A μηδὲ μέχρι λόγων ἀδιαφορεῖν, μηδὲ τὰ κοινὰ καὶ τοὺς πᾶσι συνήθη διαπράττεσθαι παρανοοῦσαν, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, πένθητάς τε καὶ πλουσίους, λογίους τε καὶ ἰδιώτας, μέχρι καὶ παιδῶν, καὶ ἀνδραπόδων, ἐν ταῖς κατὰ πόλιν καὶ κατ' ἀγροῦς διατριβαῖς παιδεύεσθαι, μανθάνειν τε ἀληθῆ τρόπον, καθ' ὃν τὸν ἐπὶ πάντων προσήκει Θεὸν σέβειν, καὶ θεραπεύειν ἐν παντὶ τόπῳ, κατὰ τὴν φήσασαν προφητείαν· « Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ, ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Προσκυνοῦν δὴ τὰ οὖν πᾶς τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ βάρβαρος καὶ Ἕλλην, οὐ τρέχων ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, οὐδ' αἵμασι καὶ θυσίαις ἀφοσιούμενος, οἰκοθεν δὲ καὶ ἐφ' ἑαυτῷ μένων, καὶ πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ τὴν ἀναιμον καὶ καθαρὰν ἀποδιδούς αὐτῷ λατρείαν. Καὶ αὐτὴ γε ἦν ἡ Καινὴ Διαθήκη, οὐ κατὰ τὴν παλαιὰν συγγράμμουσα. Παλαιὰν δὲ μήτι νομίσης λέγεσθαι τὴν τῶν πρὸ Μωσέως θεοφιλῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ Μωσέως αὐτοῦ τῷ Ἰουδαίῳ ἐθνῷ νενομοθετημένην. Ἐπιφέρει γοῦν ὁ λόγος διασαφῶν, τίνα ἐφησεν εἶναι τὴν παλαιὰν, ἢ μηδὲν ὅμοιον σχήσειν διδάσκει τὴν καινὴν, λέγων· « Διαθήσομαι Διαθήκην Καινὴν, εὖ κατὰ τὴν Διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατέραςιν, ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Οὐ κατὰ ταύτην γοῦν φησι τὴν ὑπὸ Μωσέως νενομοθετημένην. Αὕτη γὰρ ἦν κατὰ τὴν ἐξοδὸν τὴν ἀπ' Αἰγύπτου τοῖς Ἰουδαίοις παραδοθεῖσα. Ἐδοξεν ἂν οὖν ἐναντίαν εἰσάγειν τὴν Καινὴν Διαθήκην τοῦ τρόπου τῆς θεοσεβείας τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ θεοφιλῶν, εἰ μὴ ἀκριβῶς ἐπεσημνήματο, φήσας· « Οὐ κατὰ τὴν Διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατέραςιν αὐτῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν ἐξήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Οὐ κατὰ τὴν ὑπὸ Μωσέως ἄρα ἐπὶ τῆς ἐξόδου, καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν ἔρημον διατριβῆς νενομοθετημένην, ἔσεσθαι τὴν Καινὴν ἐθέσπιζεν, ἀλλὰ κατ' ἐκελεῖνην δηλαδὴ τὴν πρόπαια πολιτευσασμένην, δι' ἧς κατορθώσαντες ἀνεφάνησαν οἱ πρὸ Μωσέως. Δι' αὐτὴν δὲ λοιπὸν ἤδη θαρρῶν, τὰς τῶν θεοσεβεῖν ἐπαγγελιομένων προαιρέσεις μὴ ἐπὶ δύο, ἀλλὰ τρία διαιροῦ τάγματα· τὸ τε τῶν παντελῶς εἰδωλοατρῶν, τῶν δὲ ἐπὶ τὴν πολυθεὸν πλάνην ἀποπεπτωκότων, καὶ τὸ τῶν ἐκ περιτομῆς διὰ Μωσέως ἐπὶ τὸν πρῶτον ἀνεληλυθότων τῆς εὐσεβείας βαθμῶν· καὶ τρίτον τὸ τῶν ἐπαναθετηκότων διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, ὃ καὶ τῶν διεῖν μέσον παρεμβάλων, μηκέθ' ἡγοῦ τοὺς ἀπὸ Ἰουδαίων ἀφισταμένους πάντως δεῖν ἐφ' Ἑλληνισμὸν ἐκπίπτειν, μηδὲ τοὺς ἐξ Ἑλλήνων ἀναχωροῦντας ἐξ ἀνάγκης χρῆναι Ἰουδαίους ἔσεσθαι· τῶν δὲ μέσων ἐλὼν τὸν τρόπον, εὐρήσεις ἄνω που ἐστῶτα, καὶ ὡσπερ ἐφ' ὑψηλοτάτης ἀκρωρείας ἀναβεθηκότα, ἐκατέρωθεν δὲ κάτω τοὺς λοιποὺς ἀπολελειπῶτα. Ἑλλήνων μὲν γὰρ ἐκπέφυγε τὴν ἄθεον καὶ πολυπλανῆ δεισιδαιμονίαν, καὶ τὰς ἀνειμένας πορνείας τε καὶ ἀκοσμίας· Ἰουδαίῳ δὲ ὡσαύτως τὴν ὑπὸ Μωσέως ἀτελῆ καὶ οἰα νηπίοις καὶ ἀσθενέσι κατὰλληλον ἐθελοθρησκείαν. Τὸν οἰκείον δὲ ἔκωθεν οὐ μόνον Ἰουδαίους, ἀλλὰ καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάρους, καὶ τοῖς ὑφ' ἡλίῳ πᾶσιν ἔθενεσιν

⁹² Deut. xviii, 15 ⁹³ Isa. xlv, 14.

ἐπιβοώμενος νόμον, ἔρα τί φησιν· Ὁ ἄνθρωπε, καὶ σύμπαν τὸ θνητῶν γένος, ὁ μὲν δὴ Μωσῆος νόμος, ἀφ' ἐνὸς γένους ἀνθρώπων ἀρξάμενος, πρῶτον ἀπάντων τῶ Ἰουδαίων γένος, τῆς πρὸς τοὺς θεοφιλεῖς προπάτορας αὐτῶν ἐπαγγελίας ἔνεκεν, ἐπὶ τὴν τοῦ ἐνὸς Θεοῦ γνῶσιν ἀνεκαλεῖτο, τῆς πικρᾶς τῶν δαιμόνων δουλείας τοὺς ὑπακούοντας ἀπαλλάττων· ἐγὼ δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ τοῖς καθ' ὅλην τῆς οἰκουμένης ἔθνεσι τὴν ἐπαναβεθηκυῖαν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν καὶ εὐσέβειαν προαγγέλλων, κατὰ τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀβραάμ, καὶ τοὺς ἔτι παλαιότερους πρὸ Μωσῆως χρόνους βιοῦν παραίνω, ἐν οἷς ἐξ ἄλλοδαπῶν ἔθνων πλείους ἐπ' εὐσεβείᾳ μνημονεύονται διαλάμπαντες. Καὶ πάλιν· Ὁ μὲν Μωσῆος νόμος, ἐφ' ἕνα τινὰ τῆς γῆς ἀφωρισμένον τόπον τοὺς εὐσεβεῖν προηρημένους σπεύδειν πανταχόθεν παρεκλεύετο· ἐγὼ δὲ τοῖς πᾶσιν ἀν εἰς τὴν ἐλευθερίαν, οὐκ ἐν γυνίᾳ γῆς, οὐδ' ἐν ὄρεσιν, ἧ τισι χειροποιήτοις ναοῖς ζητεῖν τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν, οἴκοθεν δὲ ἕκαστον εἶδεν αὐτὸν καὶ προσκυνεῖν παιδεύω. Καὶ πάλιν· Ὁ μὲν παλαιὸς νόμος θυσίαις ταῖς διὰ ζῶων σφαγαῖς, λιθανωτοῦ τε καὶ πυρὸς, καὶ τινων ἄλλων ὁμοιοτρόπων τοῦ σώματος καθαρμῶν θρησκεύειν τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν παρεκλεύετο· ἐγὼ δὲ τὰ ψυχῆς παραδιδούς ὄργια διανοίᾳ καθαρωτάτῃ καὶ νῷ διαυγεῖ, ἐν σωφροσύνῃ καὶ τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ, δόγμασί τε ὀρθοῖς καὶ εὐσεβεῖσι τὸ θεῖον γράφειν προστάττω. Καὶ πάλιν· Μωσῆς μὲν ὡσὲν μαιφόνους οὔσι ταῖς τότε μὴ φονεύειν παρήγει· ἐγὼ δὲ τοῖς ἐν τούτῳ προπαίθαγωγῆθεῖσι, καὶ τὴν πρώτην ἐντολὴν κατορθωκόσι, νομοθετῶ τὴν τελειότεραν, μὴδ' ὄργης ἐνέχεσθαι πάθει προστάττων. Καὶ αὖθις· Ὁ μὲν Μωσῆς μοιχοῖς, καὶ ἀκολάτοις διετάττετο τὸ μὴ μοιχεύειν, μὴδὲ ἀρσενοκοιτεῖν, μὴδὲ τὰς παρὰ φύσιν ἡδονὰς διώκειν, θάνατον τὴν τιμωρίαν τοῖς παραβαίνουσιν ἐπάγων· ἐγὼ δὲ μὴδ' ἐμβλέπειν γυναῖκα μετ' ἐπιθυμίας ἀκολίστου τοὺς ἐμούς βούλομαι μαθητάς. Καὶ πάλιν· Ὁ μὲν ἔλεγεν· Ὁὐκ ἐπιπορήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ Θεῷ τοὺς ὄρκους σου· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὁμόσαι ὡς, ἀλλ' ἔσται ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ, ναί· οὐ, οὐ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἔστι. » Καὶ πάλιν· Ὁ μὲν τοὺς ἀδικοῦντας ἀμύνασθαι καὶ ἀνταδικεῖν παρεκλεύετο, λέγων· Ὑψοθαμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι πῶ πονηρῷ, ἀλλ' ὅστις σε βλάπτει ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα σου, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην· καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. » Καὶ πάλιν· Ὁ μὲν παρήγει τὸν μὲν φίλον ἀγαπᾶν, μισεῖν δὲ τοὺς ἐχθρούς· ἐγὼ δὲ καθ' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας καὶ ἀνεξικακίας, ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθρούς ὑμῖν νομοθετῶ, καὶ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν διωκόντων, ὅπως γένῃσθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ὅστις τὸν φίλον ἀνατέλλει ἐπὶ πονηρούς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Καὶ ἐπὶ τούτοις· Ὁ μὲν πρὸς τὴν τῶν πολλῶν σκληρίαν ἠρμόζετο, καὶ ταῖς ἐμπαθεῖσι κατὰ ἄλληλα διετάττετο, ἐξηλλαγμένον

A ipsum **22** adjungit ea, quibus planum faciat, quodnam Vetus illud dixerit esse : cui quidem novum nihil simile habiturum ostendit, ubi dicit : *Condam Testamentum Novum, non secundum Testamentum quod condidi patribus in die, cum ego apprehendi illos manu, ut educerem eos de terra Ægypti* ²¹. » Itaque cum secundum hoc dicit, secundum id quod legis loco a Mose positum est, intelligit. Hoc enim illud est, quod Judæis, quo tempore de Ægypto egressi sunt, traditum est. Visus igitur esset Novum Testamentum introducere, tanquam ejus ritus contrarium, quem sancti illi Abrahamæ similes viri in divino cultu sequebantur, nisi plane ipsis verbis significasset, ubi dixit : « Non secundum Testamentum quod condidi patribus eorum, quo tempore eduxi eos de terra Ægypti ²². » Ergo non secundum illud quod legis loco a Mose positum est, cum egressi sunt, et cum in deserto morabantur. Novum hoc futurum respondit, sed secundum illud videlicet, quod primis temporibus in vita civili sectantes, qui ante Mosem floruerunt, tanquam ii qui plene officio suo functi essent, comprobati sunt. Quas quidem ob res, jam tu plane confidens posthac, cum sententias et proposita eorum, qui divinum aliquem cultum profitentur, non in duos, sed in tres diviseris ordines, unum eorum qui prorsus simulacris addicti, in multorum deorum errorem deciderunt : alterum eorum, qui de circumcissione per Mosem in primum pietatis gradum ascenderunt : tertium eorum, qui supremum locum per doctrinam evangelicam obtinere. Et hunc quidem, si medium duorum constitueris, ne putato amplius eos, qui a Judæis discedant, in Græcos ritus oportere ullo modo recidere, neque qui a Græcis abducantur, Judæos fieri necessario, sed ubi tertium acceperis, et medio loco constitueris, eminentem supraque alios exstantem invenies, et quasi super celsissima quadam specula sublimem collocatum, reliquos duos inferius utrinque despiciere. Effugit enim et Græcorum impiam, atque erroribus plenam superstitionem, dissolutasque fornicationes, atque insolentias : et Judæorum itidem, quæ a Mose perfecta est, imperfectam et quasi parvulis atque infirmis accommodatam observantiam. Domesticam porro, atque ab initio propriam non solum Judæis, sed et Græcis, et barbaris, et quæcumque sub sole sunt, gentibus inclamans legem, vide quid dicat : *O homo, et universum mortalium genus, 23* Mosis quidem lex ab uno genere hominum incipiens, omnium primum Judæorum genus, illius promissionis gratia, quæ ad pios Deique amicos ipsorum patres, facta est, ad unius Dei cognitionem cultumque vocabat, ut dicto audientes, ab intolerabili dæmonum tyrannide liberaret. Ego autem omnibus hominibus, et quæ ubique terrarum sunt, gentibus sublimius provectam Dei cognitio-

²¹ Jerem. xxxi. 31, 32. ²² Ibid. 32.

rem, et pietatem apportans, ut ad regulam eorum, qui cum Abraham vixerunt, quique ante Mosis ætatem degentes, ipso quoque Abrahamo antiquiores existere, vitæ suæ moderentur adhortor, in quibus ab externis gentibus profecti, qui de laude pietatis gloriam adepti sunt, plures memorantur. Et rursus : Mosis quidem lex, in unum terræ certum ac definitum locum, eos qui religionis propositum complexi essent, ex aliis omnibus locis currere jubebat : ego autem condonata omnibus libertate, non in quodam terræ angulo, neque in montibus, aut quibusdam manu factis templis, Deum quærere, sed domi suæ unumquemque illum colere atque adorare præcipio. Et rursus : Vetus quidem lex, sacrificiis et animalium cædibus, thureque et igne, et aliis quibusdam ejusdem generis purgationibus corporis, summum Deum colere hortabatur : ego autem sacra animæ tradens, mente purissima, animoque nitidissimo, cum modestia virtutumque sectatrice vita, relictisque sententiis, et pietatem præ se ferentibus, divinitate venerari impero. Et rursus : Moses quidem illorum temporum hominibus, quasi iis qui cædibus inquinari soliti essent, non occidere imperabat : ego autem iis, qui hoc ipsum antea didicerint et primo illi præcepto satisfecerint, alterum perfectius impono, atque ut ne iræ quidem perturbatione vincantur, præcipio. Et rursus : Moses quidem adulteris dissolutisque hominibus legem posuit non mœchari, maribus non misceri, voluptates præter naturam non sectari, et supplicium mortis iis, qui non obtemperassent, adjunxit : ego autem meos discipulos volo ne intueri quidem mulierem cum petulantia cupiditate. Et rursus : Ille quidem dixit : « Non pejerabis, sed reddes Deo quæ juratus fueris : ego autem dico vobis, non jurare omnino, sed erit sermo vester : est, est : non, non : quod autem his abundantius est, a malo est ⁹⁶. » Et rursus : Ille quidem injurias ulcisci, et inferentibus easdem referre hortabatur, dicens : « Oculum pro oculo, et dentem pro dente : ²⁴ ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, convertito ad illum et alteram : et qui velit tecum judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium ⁹⁷. » Et rursus : Ille quidem docebat amicum diligere, et inimicos insectari odio : ego autem ex abundantia humanitatis et clementiæ, ut inimicos vestros diligatis, et pro persequentibus vos oratis, legem vobis pono, « ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos ⁹⁸. » Ad hæc : Ille quidem se ad multorum duritiam accommodabat, et iis apta, qui perturbationibus pleni essent, præcipiebat, atque immutatum quemdam a vetere illo, inferioremque religionis modum tradebat : ego autem ad piam, religiosamque vitam eorum, qui prisca illis temporibus sancte vixerunt, revoco universos. Denique, ille quidem terram fluentem lac et mel, quasi parvulis promittebat : ego autem iis qui capere possint, regnum cæleste concilio. Hæc atque ejusmodi alia, Novi Testamenti ratio, docente Christo, omnibus gentibus nuntiavit. Et hæc ipsa sunt, quæ suos discipulos Christus Dei, ut omnibus gentibus nuntiarent, hortabatur dicens : « Euntes disciplinam vestram tradite omnibus gentibus, docentes eas servare omnia, quæcunque præcepi vobis ⁹⁹. » Quæ etiam cunctis hominibus, tam barbaris quam Græcis cum observanda traderet, plane quidnam sit Christianismus ostendit, et quinam simus nos, et cujusmodi talium sermonum ac disciplinarum magister, ipse utique Salvator et Dominus noster Jesus, qui Christus est Dei, qui novam hanc et omnes amplectam virtutes rempublicam in toto orbe constituit, adeo quidem, ut talia discere, philosopharique, tam feminæ quam viri, tam pauperes quam divites, tam servi quam domini possint. Et tamen novæ hujusce legis introductor,

καὶ ὑποβεβηκότα παρὰ τὸν παλαιὸν τρόπον παραδιδούς εὐσεβείας· ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν πρόβαλον θεοφιλῶν ἀνδρῶν εὐσεβῆ καὶ θεοφιλῆ βίον ἀνακαλοῦμαι τοὺς πάντας. Καὶ ἐφ' ἅπασιν· ὁ μὲν γῆν βέουσαν γάλα καὶ μέλι, οἷα νηπιότης, ἐπηγγέλλετο· ἐγὼ δὲ βασιλείαν οὐρανῶν τοῖς οὐοῖς τε χωρεῖν προξενῶ. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, ὁ τῆς Καινῆς Διαθήκης λόγος διὰ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας πᾶσι κατήγγειλε τοῖς ἔθνεσι. Καὶ ταῦτα ἦν, ἃ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καταγγέλλειν παρήνει, φήσας· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· » ἃ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, Ἐλλήσι τε καὶ βαρβάρους φυλάττειν παραδιδούς, σαφῶς, τί ποτέ ἐστιν ὁ Χριστιανισμὸς, ἐξέφηνε, τίνες ὁ ἡμεῖς, καὶ ὁποῖος ὁ τῶν τοιῶνδε λόγων τε καὶ μαθημάτων διδασκαλός, αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ τὴν καινὴν ταύτην καὶ πανάρετον πολιτείαν καθ' ὅλου τοῦ κόσμου συστησάμενος· ὥστε τοιαῦτα μανθάνειν, καὶ φιλοσοφεῖν μὴ μόνον ἀνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, πλουσίους τε καὶ πένητας, καὶ δούλους ἅμα δεσπόταις. Καὶ μὴν ὁ τῆς καινῆς ταύτης νομοθεσίας εἰσαγωγεὺς, τὰ πάντα κατὰ τὸν Μωσέως νόμον εἰσῆχται πεπολιτευμένος· ὁ καὶ αὐτὸ θαυμάζειν ἄξιον, ὅτι δὴ, νέας πολιτείας νομοθέτης μέλλων καταστήσεσθαι τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ Καινῆς Διαθήκης, οὐχ ὡς ἐχθρὰ καὶ ἐναντία τὰ Μωσέως παρητήσατο. Ἡ γὰρ ἂν ἐνομισθῆ τὰ πολέμια Μωσεὶ διατάττεσθαι, οὕτω τε ἂν καὶ παρέσχε τῆς κατὰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν τοῖς ἀθέοις αἰρεσιώταις πλείστης δυσφημίας ὑπέθεσιν, τοῖς τε ἐκ περιτομῆς εὐλογον τῆς κατ' αὐτοῦ συσκευῆς αἰτίας, ὅτι δὴ, ὡς παραβάτη καὶ ἀποστάτη τοῦ νόμου, τὴν πρὸς θάνατον ἐπιβουλὴν αὐτῷ συνσκευάσαντο.

⁹⁶ Exod. xx, 7; Levit. xix, 12; Deut. v, 11; Matth. v, 33-37. ⁹⁷ Exod. xxi, 24; Levit. xxiv, 20; Deut. x, 21; Matth. v, 38-40. ⁹⁸ Matth. v, 45. ⁹⁹ Matth. xxviii, 19-20.

tanquam is qui in omni vita legem Mosis servaverit, introductus est : quod sane ipsum admirari operæ pretium est, qui videlicet fieri possit, ut novæ rationis et legis auctor futurus, Novi utique Testamenti per Evangelium, non tanquam inimica et contraria ea, quæ a Mose tradita sunt, recusaverit. Si enim hoc fecisset, ipse vicissim Mosis adversa existimatus esset præcipere, ex quo impiis impiarum sectarum auctoribus contra Moesem et prophetas, obrectationis **25** et maledictiæ plurimam præbuisset materiam, iis autem qui ex circumcissione sunt conspirationis contra se justam et probabilem causam, qui utique ei, quasi qui contra legem faceret, atque ab ea deficeret, insidias ad inferendam necem construxerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ΄.

Πῶς ὁ Χριστὸς, τὰ παρὰ Μωσῆϊ πρότερον ἐκτελέσας, καινῆς καὶ νέας εἰσαγωγεὺς κατέστη πολεμιτῆς.

Nunc dē πάντα κατὰ τὸν Μωσέως νόμον πεπολιτευμένοις, τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ χέρηται διακόνους τῆς καινῆς αὐτοῦ νομοθεσίας· ὁμοῦ μὲν καὶ τὰ Μωσέως οὐκ ἀλλότρια, οὐδ' ἐχθρὰ τῆς οἰκειᾶς θεοσεβείας ἡγεῖσθαι δεῖν διδάσκει· ὁμοῦ δὲ καὶ αὐθεντίας, καὶ εἰρηγῆς νέας καὶ σωτηρίου πᾶσιν ἀνθρώποις καταστῆς νομοθεσίας· ὡς μηδαμῶς εἰς τὰ Μωσῆϊ δοκοῦντα παρανομῆσαι· αὐτὸν, τέλος δ' ἐκείνους ἐπιθεῖναι πρότερον, καὶ πληρωτὴν αὐτῶν γενέσθαι, καὶ οὕτως περὶ τὴν αὐθεντίαν τοῦ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον νόμου παρεληλυθέναι. Καὶ τοῦτον ἀκουστέον αὐτοῦ λέγοντος τὸν τρόπον· « Οὐκ ἤλθον καταλύσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. » Εἰ μὲν γὰρ παραβάτης τοῦ Μωσέως νόμου κατέστη, κἂν εὐλόγως ἐνομισθῆ λύειν αὐτὸν καὶ παρανομεῖν· φαῦλος δὲ τις καὶ παράνομος πεφυκώς, οὐκ ἂν ἐπιστεῦθη αὐτὸς εἶναι ὁ Χριστός. Λύων δὲ τὰ Μωσέως, πῶς ἂν ἐνομισθῆ αὐτὸς ὑπάρχειν, ὁ ὑπὸ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν κατηγγελαμένος; πῶς δ' ἂν εἶχεν τὸ ἀξιόπιστον καινῆς νομοθεσίας; ἔδοξε γὰρ ἂν ἐκτός τῆς παρανομίας χάριν ἐπὶ τὴν καινοτομίαν ἐληλυθέναι, φεύγων τὴν ἐπὶ ταῖς παρανομίαις τιμωρίαν. Νῦν δὲ μηδὲν μηδαμῶς τῶν ἐν τῷ νόμῳ λύσας, πληρωτῆς δ' αὐτῶν γενόμενος, καὶ τέλειος, ὡς ἂν τις εἴποι, κατὰ Μωσέα, ἐπεὶ μηκέτι τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι δυνατὸν ἦν ἐφαρμόζειν τὰ παρὰ Μωσῆϊ νόμιμα διὰ τὰς προδηλωθείσας αἰτίας (χρῆν δὲ δήπου φιλανθρωπία τοῦ παναγάθου τῶν ὄλων Θεοῦ πάντα ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν), τὰ κατὰ ἄλλα καὶ ἀρμόδια τοῖς πᾶσιν ἐνομοθέτησεν· οὐκ ἂν ἐθνήσας καὶ τὰ Μωσέως διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις καταγγεῖλαι, εἰ μὴ τὸ ἀδύνατον ἐμποδῶν ἦν, ὡς διδάσκει λέγων Ἀπόστολος· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἡσθένει, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμφας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀδύνατον δὲ πᾶσι δήπου τοῖς ἔθνεσιν ὑπάρχει τρις τοῦ ἔτους ἀπαντᾶν εἰς Ἱερουσόλυμα κατὰ τὸν Μωσέως νόμον, καὶ ἀπὸ τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης τὴν ἀπὸ λέχους γυναῖκα σπεύδειν, αὐτόθι τὰ καθάρσει ἀποθησομένην· καὶ ἄλλα μυρία, ἃ καὶ ἑαυτῷ τις ἐπι σχολῆς ἀναλέξειτο ἂν. Ἐπειδὴ τοίνυν ταῦτα οὐδὲ βουλομένοις δυνατὰ ἦν τοῖς ἀπακτισμένοις τῆς Ἰουδαίας ἔθνεσι φυλάττειν, εἰκότως μηδὲν τούτων δι' ἑαυτοῦ λύσας ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, πληρωτῆς ἂν γενόμενος τῶν ἐν τῷ νόμῳ, καὶ πίστιν παρασχῶν καὶ ὁρῶσιν, ὡς ἄρα αὐτὸς ἐστὶν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ,

CAPUT VII.

Quomodo Christus, postquam ea quæ a Mose tradita sunt, plene observavit, novæ rationis et legis introductor exstitit.

Nunc autem postquam in omni vita Mosis legem comprobavit, apostolis suis usus est novæ suæ legis administris, in hoc ille quidem simul docens ea quæ a Mose tradita sunt, nec a sua religione abhorrentia, nec eidem inimica existimare oportere, et simul auctorem se atque introductorem novæ et cunctis hominibus salutaris legis, constituens : ut nullo pacto dici possit quidpiam illum adversus Mosis leges aut decreta fecisse : quin potius finem illis prius imposuisse, eademque perfecte observasse, et sic ad institutionem evangelicæ legis transiisse. Et qui modum quidem hunc ab ipso observatum dicat, non alius audiendus est quam ipse. « Non veni, inquit, scindere legem, sed complere ». Et enim si contemptor Mosis legis exstitisset, quamvis illam existimatus esset probabiliter scindere, contraque eam facere : improbam tamen quamdam, et a legibus alienam naturam præ se ferens, Christus esse creditus non esset. Porro autem rescindens ea quæ a Mose posita sunt, quomodo potuisset existimari is esse, quem futurum Moses et prophetæ nuntiassent? quomodo autem novis legibus ponendis auctoritatem habuisset? merito enim videri potuisset, derogandæ legis gratia, ad novationem rerum venisse, ut delictorum, quæ contra legem commisisset, supplicium evaderet. Nunc autem nihil de lege omnino derogans, et plene quæ in ea continentur servans, atque, ut sic dicam, ad regulam Mosis perfectus, postquam non amplius fieri poterat, ut ea quæ sunt in lege Mosis reliquis accommodarentur gentibus, propter eas causas quæ dictæ jam sunt, (et oportebat nimirum bonitate summi Dei omnes homines salvos fieri et ad cognitionem veritatis venire) quæ omnibus apta accommodataque essent, legibus suis sancivit; ac ne illa quidem quæ a Mose præcepta sunt, suos apostolos denuntiare cunctis **26** hominibus prohibuisset, nisi ea res impedimento fuisset, quod illa fieri non possent, quemadmodum Apostolus docet, ubi ait : « Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati », et cætera. Impossibile autem erat nimirum, ut omnes gentes ter singulis annis ex lege Mosis Hierosolyma convenirent, et mulier levata partu ab extremis terræ finibus illuc propæ-

Matth. v, 17. * Rom. viii, 5.

raret, ut quæ pro purgatione instituta sunt, ibidem depoaeret, et alia innumerabilia, quæ per otium unusquisque potest per seipsum colligere. Quoniam igitur hæc gentes a Judæa procul habitantes, etiam si voluissent, servare non poterant: merito nihil horum per seipsum rescindens Salvator, et Dominus noster, sed plene servans, et efficiens ea quæ in ipsa lege continentur, et spectantibus fidem faciens, quod ipse esset Christus Dei, de quo prisci Judæorum prophetæ testimonium protulissent; tum idem omnibus gentibus accommodata præcepta, per discipulos suos proposuit. Idcirco nos Judæorum proprios ritus recusavimus, tanquam eos qui nobis lege positi non sint, et gentibus accommodari non possint. At eorundem prophetias libentes accepimus, tanquam eas quæ prædictiones de nobis factas complectantur. Cæterum ipse Salvator et præceptor noster, alia quoque ratione complevisse legem Mosis et prophetarum qui post Mosem fuerunt, agnoscitur. Quoniam enim iis quæ divinitus prædicta fuerant, consummationes deerant, et oraculorum eventa desiderabantur; nimirum ipsa quoque hæc ab eodem compleri oportuit. Exempli gratia: apud Mosem est prophetia quæ sic ait: « Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester, tanquam me, illum audietis in omnibus quæcunque dixerit vobis^a. » Hoc igitur cum deesset, ille complevit, aliter videlicet post Mosem legum auctor, qui veram pietatem in Deum universi, hominibus indicavit. Quod enim Moses non simpliciter dicat prophetam surrecturum, sed cum additione, tanquam se (« prophetam enim, inquit, vobis suscitabit Dominus Deus vester tanquam me, illum audietis »), quid aliud intelligi vult, nisi cum qui prædiceretur ipsi Mosi adæquatam esse venturum? Moses autem legem, ut summus Deus coleretur, posuerat. Ergo prophetam hunc de quo vaticinia feruntur, quod Mosi similis futurus esset, legis auctorem illi similem existisse par est. At enim quamvis innumerabiles post Mosem prophetæ exstiterint, de nullo tamen tale testimonium prolatum est, quod Mosi similis exstiterit.

27 Concti enim ad illum ipsos remittebant audientes. Et sane ipsum hoc testificatur Scriptura, non surrexisse prophetam Mosi similem. Neque igitur Jeremias, neque Isaias, neque alius quispiam prophetarum illi similis fuerit, propterea quod ne legum quidem auctor fuit illorum aliquis. Cum ergo ex vaticinio Mosis, propheta et legislator suscitandus exspectaretur, advenit hic Jesus, qui Christus est Dei, legem cunctis gentibus ponens, et quæ superent ipsam legem pertractans. Illud enim: « Dictum est antiquis, non mœchaberis; ego autem dico vobis non concupiscere^b; » et illud: « Dictum est antiquis, non occides; ego autem dico vobis, ne irasci quidem^c; » et illud: « Non amplius Hierosolymis, sed in omni loco adorari^d; » et illud, non thure et sacrificiis, sed in spiritu,

^a Deut. xviii, 15. ^b Math. v, 27-28. ^c Ibid. 21-22. ^d Joan. iv, 21.

(4^{***}) Desiderari videtur fieri, vel elevesse. EDIT.

ὁ πρὸς τῶν παρὰ Ἰουδαίους πάλαι γενομένων προφητῶν μεμαρτυρημένους· μετὰ ταῦτα πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὰ ἀρμόδια παραγγέλματα διὰ τῶν οἰκείων μαθητῶν προέβληται. Ἔθθεν καὶ ἡμεῖς τὸ μὲν Ἰουδαῖον παρητήμεθα, ὡς ἡμῖν μὴ νενομοθετημένον, μηδὲ ἐφαρμύζειν τοῖς ἔθνεσι δυνάμενον· τὰς δὲ παρὰ Ἰουδαίους προφητείας ἀσμένως κατεδέξαμεθα, ὡσάν περιεχούσας τὰς προρρήσεις. Ὁ δὲ γε Σωτὴρ, καὶ διδάσκαλος ἡμῶν, καὶ ἄλλως πληρωτὴς ὑπάρχει τοῦ Μωσέως νόμου, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν προφητῶν. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς θεοσπιστέμοις τὰ τῶν συμπερασμάτων ἔλιπε, τὰ τε τῶν λόγων ἀποτελέσματα, χρῆν δὴ πού καὶ τούτων αὐτῶν πληρωτὴν αὐτὸν γενέσθαι. Οἶον, ὡς ἐπὶ παραδείγματος, ἡ μὲν παρὰ Μωσέϊ φησι προφητεία: « Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν εἴπῃ ὑμῖν ὁ προφήτης ἐκεῖνος. » Τοῦτο δὴ τὸ λείπον ἀπεπλήρου, δευτέρως κατὰ Μωσέα νομοθέτης ἀναφανεί ἀνθρώπων τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ. Τὸ γὰρ μὴ ἀπλῶς φάσκειν Μωσέα προφήτην ἀναστήσεσθαι, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τῆς, ὡς αὐτὸν (« προφήτην γὰρ ὑμῖν ἀναστήσει, φησὶν, Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε »), τί ἕτερον ἐδήλου, ἢ ὅτι αὐτῷ Μωσέϊ παρισωμένος τις ἐμελλεν ὁ θεοσπιστόμενος (4^{***}); Μωσῆς δὲ νομοθέτης εὐσεβείας ἦν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. Οὐκοῦν καὶ τὸν προφητευόμενον, ὅσπερ ἐμελλεν ὄμοιος γενήσεσθαι Μωσέϊ, νομοθέτην ἐκείνῳ παραπλήσιον φῆναι εἰκὸς ἦν. Μυρίων γοῦν μετὰ ταῦτα προφητῶν μετὰ Μωσέα γενομένων, οὐδεὶς ὅμοιος Μωσέϊ μεμαρτύρηται· πάντες γὰρ εἰς ἐκεῖνον ἀνέπεμπον τοὺς ἀκρωμένους. Μαρτυρεῖ δ' οὖν ἡ Γραφή, ὅτι οὐκ ἐγήγερται προφήτης ὅμοιος Μωσέως· οὕτε οὖν Ἰερεμίας, οὕτε Ἡσαίας, οὕτε τις ἕτερος τῶν προφητῶν ὅμοιος αὐτῷ ἂν εἴη, ἐπειδὴ μηδὲ εἰς τούτων νομοθέτης ἀναδέδεικται. Προσδοκωμένου τοίνυν τοῦ κατὰ Μωσέα μέλλοντος ἀναστήσεσθαι προφήτου τε καὶ νομοθέτου, παρῆν οὗτος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, νομοθετῶν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ τὰ ὑπὲρ νόμον διαπραττόμενος. Τὸ γὰρ: « Ἐλέγθη τοῖς ἀρχαίοις: Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μηδὲ ἐπιθυμεῖν· καὶ τό: « Ἐλέγθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μηδὲ ὀργίζεσθαι· καὶ τὸ μηκέτι ἐν Ἱεροσολύμοις, ἀλλ' ἐν παντὶ τόπῳ προσκυνεῖν· καὶ τὸ μὴ λιθανωτῶ καὶ θυσίαις, ἐν πνεύματι δὲ καὶ ἀληθείᾳ ἰθρσκεῖν· καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐν τῇ αὐτοῦ φέρεται διδασκαλίᾳ, πανσόφου ἦν ἀντικρυς καὶ τελειοτάτου νομοθέτου. Διὸ καὶ οἱ ἀκροῦόμενοι (« ἐξεπλήττοντο, » φησὶν ἡ θεία Γραφή, « ὅτι ἐδίδασκεν αὐτοῖς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Φαρισαῖοι. » Καὶ τοῦτο τοίνυν τὸ λείπον; τῇ Μωσέως προφητείᾳ λόγιον ἀπεπλήρου· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν προφητειῶν τῶν περὶ αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως θεσπίσματα. Γέγονε τοίνυν πληρωτὴς τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, τὰς περὶ ἑαυτοῦ προρρήσεις εἰς πέρας ἀγαγὼν· καὶ μέχρι μὲν αὐτοῦ στήσας τὸν περὶ τερὸν νόμον, ἀρχηγὸς δὲ ἀναφανείς δευτέρου τοῦ τοῦ

πᾶσιν ἔθνεσι κατηγγελμένου τῆς Καινῆς Διαθήκης νόμου, ὡς ὁμοῦ νόμου καὶ ἀρχῆς αἰτίον καταστήναι τῶν δυεῖν ὑποθέσεων, Ἰουδαϊσμοῦ λέγω καὶ Χριστιανισμοῦ. Ὁ καὶ αὐτὸ θαυμάζειν ἄξιον, τὴν θεῖαν προρῆσιν ὡδὲ πως ἀναφανούσαν· « Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιών Ἰθρον ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἐντιμον· καὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ κατασχυνθήσεται. » Τίς δ' ἂν εἴη ἀκρογωνιαῖος, ἢ οὗτος ὁ ζῶν καὶ πολυτέμνητος λίθος μίαν ἐκ δυεῖν οἰκοδομῶν, ὑποστησάμενος διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας; τὴν γὰρ Μωϋσέως μέγρις αὐτοῦ παραθεῖσαν στήσας, ἐκ θατέρου μέρους τὴν ἑμετέραν ἐπισυνῆψε τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον οἰκοδομίαν. Ὅθεν εἰκότως ἀκρογωνιαῖος ὠνόμασται. Καὶ ἐν Ψαλμοῖς δὲ εἴρηται· « Λίθον δὲ ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομούντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἐστὶ θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. » Ἐνθα σαφῶς τὸ λόγιον καὶ τὴν ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνεος ἐπιβουλὴν ἣν πέπονθεν ὁ θεοπειζόμενος, διεσάφησεν· ἀποδοκιμασθῆναι μὲν αὐτὸν πρὸς τῶν τῶν παλαιῶν τοῖχον οἰκοδομούντων γραμματέων τινῶν καὶ Φαρισαίων, ἀρχιερέων τε καὶ πάντων τῶν παρὰ Ἰουδαίους ἀρχόντων φανέντων· πλὴν ἀλλὰ μετὰ τὴν εἰς ἐκεῖνον ἀτιμίαν καὶ ἀποβολὴν θεοσίαν αὐτὸν γενήσεσθαι· εἰς κεφαλὴν γωνίας ἀρχηγὸν καταστάντα τῆς Καινῆς Διαθήκης, ἀκολουθῶν ταῖς ἀποδοθείσαις θεωρίαις. Οὐκ οὖν, ἀποστάντες ἡμεῖς Ἑλληνισμοῦ, οὐκ ἐπὶ Ἰουδαϊσμὸν καταπεπτώκαμεν, οὐδὲ ἀποδεχόμενοι τὸν Μωϋσέως νόμον, καὶ τοὺς Ἑβραίων προφήτας, μὴ βροῦντες δὲ Ἰουδαϊκῶς, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρὸ Μωϋσέως τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν πολιτείαν, παύομεν ἂν. Κἀν τούτῳ γὰρ Μωϋσέα καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν προφήτας ἀληθεύοντας ἀποδείκνυμεν, τὸν ὑπ' αὐτῶν προκεκρυγμένον Χριστὸν ἀποδεχόμενοι, καὶ τούτου τοῖς νόμοις πειθόμενοι, κατ' ἴχνος τε τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας βαίνειν δι' εὐχῆς τιθέμενοι, αὐτῷ Μωϋσεὶ κἀν αὐτῷ τὰ φίλα ποιοῦντες· ὅς, προειπὼν, ὅτι « προφήτην ἀναστήσει· Κύριος ὁ θεὸς ὁμοῖον αὐτῷ, » ἐπιλέγει· « Πᾶσα δὲ ψυχὴ, ἥτις μὴ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκεῖνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ. » Αὐτίκα Ἰουδαῖοι, μὴ παραδεξάμενοι τὸν προφήτην, μὴδ' ὑπακούσαντες αὐτοῦ τοῖς ἀγίοις λόγοις, ἔσχατον ὑπέμειναν δλεθρον, ἀκόλουθα τῇ προρῆσει πεπονθότες. Οὕτε γὰρ τὸν Χριστοῦ νόμον τῆς Καινῆς Διαθήκης κατεδέξαντο, οὕτε τὰ Μωϋσέως παραγγέλματα δίχα πρᾶνομίας οἰοί τ' ἂν εἶεν φυλάσσειν· διὸ καὶ τῇ Μωσέως ὑποδέδληνται κατάρξ, τῷ μὴδὲ δυνατὸν αὐτοῖς εἶναι τὰ παρὰ Μωϋσεὶ νενομοθετημένα συντελεῖν, περιηρημένης αὐτῶν τῆς μητροπέλειος, καὶ ἀποκεκλεισμένης τῆς μόνον αὐτῶν συγκεχωρημένης ἐπιτελεῖσθαι Μωσαϊκῆς θρησκείας. Ἡμεῖς δὲ, τὸν ὑπὸ Μωσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν κατηγγελμένον ἀποδεξάμενοι, καὶ τούτῳ πεπεισθησθαι δι' εὐχῆς ποιοῦμενοι, πληρωταὶ ἂν εἴημεν τῆς Μωϋσέως παραγγελίας, δι' ἧς ἐφησεν· « Αὐτοῦ ἀκούσεσθε· πᾶσα δὲ ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκεῖνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ. » Τίνα δὲ διετάξατο ὁ προφήτης, ὡς ὑπακούειν

A et veritate Deum colere⁷ : » et alia quæcumque his similia in illius doctrina feruntur, sapientissimi plane fuerunt, et perfectissimi legum auctoris. « Ex quo factum est, ut audientes stupescerent, » quemadmodum Scriptura divina commemorat⁸ ; « propterea quod docebat eos tanquam potestatem habens, et non ut Scribæ illorum et Pharisei. » Hoc igitur item complevit oraculum, quod Mosis prophetiæ deerat : eadem porro ratione cætera item prophetiarum, quæ de ipso et gentium vocatione scripta sunt vaticinia. Constat ergo illum complevisse et legem et prophetas, quando ea quæ de ipso prædicta sunt, ad exitum perduxit, et priorem legem usque ad seipsum stare iussit, dux vero et princeps alterius legis exstitit, quæ in Novo Testamento B cunctis gentibus denuntiata est, ut simul legis principatusque auctor duorum propositorum, Judæismi videlicet Christianismique fuerit. Quod quidem ipsum admirari operæ pretium est, ut divinitus prædictum sit. « Ecce, inquit, pono in Sion lapidem electum, angularem, pretiosum, et qui credit in eum non confundetur⁹. » At enim quis tandem fuerit angularis, nisi hic vivus et pretiosissimus, qui ex duabus structuris unam factam sua doctrina sustinet? dum enim Mosaicam, quæ usque ad ipsum protenta est, stare jubet, ex altera parte nostram per Evangelium adjunxit. Ex quo angularis merito dictus est; sed in Psalmis quoque legitur : « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli : a Domino C factum est istud, et est mirabile in oculis nostris¹⁰. » 28 Quod quidem oraculum plane etiam indicavit, quas a Judæis insidias, de quo vaticinatur, passus est : quando illum a Scribis et Phariseis, et sacerdotum principibus, et omnibus Judæorum magistratibus, qui veterem parietem construebant, repudiatum fuisse, divinavit. Sed tamen postquam ab illis contemptus sit et abjectus, futurum illum in caput anguli, et ducem principemque Novi Testamenti constituendum non tacuit, consentanea iis proferens, quæ a nobis superius demonstrata sunt. Nos igitur quanvis a Græco ritu recesserimus, non recidimus in Judaicum, neque delinquimus, licet Mosis legem et Hebræorum prophetas D acceperimus, non Judaice autem, sed ad morem atque institutum sanctorum qui ante Mosem fuerunt virorum, vivamus. In hoc enim et Mosem et prophetas veros fuisse vates ostendimus, cum illum Christum accepimus, et illius legibus ansucillamus, et per vestigia doctrinæ ejusdem incedere etiam vatis expetimus, quem illi venturum prædixerunt. Eodem utique proposito ipsi quoque Mosi rem gratam facientes : qui cum prædixerit, prophetam a Domino Deo nostro sibi similem suscitandum, adjungit : « Omnis vero anima quæ non audiet prophetam illum, delebitur ex genere suo¹¹. » Continuo enim Judæi, postquam illum prophetam non

⁷ Joan. iv, 25. ⁸ Matth. vii, 28, 29. ⁹ Isa. xxviii, 16; I Petr. ii, 6. ¹⁰ Psal. cxvii, 22, 25. ¹¹ Deut. xviii, 19.

acceperunt, nec sanctis illius verbis paruerunt, extremum pertulerunt interitum : qui quidem illorum casus iis oraculis, quæ de illis edita sunt, conseruatus accidit. Nam nec Christi legem quæ Novo Testamento continetur, susceperunt, neque Mosis præcepta sine legis contemptu servare possunt. Quocirca in ipsius Mosis execrationem relapsi sunt : quando fieri nullo modo potest ut quæ in legibus illius sunt posita, perficiant, quippe cum et ipsorum metropolis sublata sit, et Mosaica religio exclusa, quæ illic solum perfici concedebatur. Nos autem qui illum suscepimus, quem Moses et reliqui prophetae nuntiaverunt, et ei parere etiam votis expetimus : edictum Mosis complevisse invenimur, quo edixit, illum audiendum esse, omnemque animam quæ illum non audiret, delendam esse de genere suo. Quæ autem sint, quæ propheta ille instituerit, quibus obedire necesse sit, paulo ante audivimus, omni videlicet sapientia referta, et perfecta, et cælestia documenta. Quæ quidem neque tabulis lapideis, ut Moses, neque atramento et chartis commendari voluit, 29 sed purgatis animis suorum, et intelligentem naturam obtinentibus : in quibus leges Novi Testamenti describens, reipsa complevit Jeremiæ prophetiam quæ ait : « Institutam Testamentum Novum, non instar Testamenti quod posui patribus eorum : quoniam hoc Testamentum, quod ponam domui Israel, dans leges meas in interiorum sensum eorum, et in corde eorum scribam eas, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus 11. »

CAPUT VIII.

Quod quæ Christianismum amplexa est vita, in duas species divisa est.

Cæterum ille quidem in tabulis inanimatis, hic autem in mentibus vita præditis, perfecta Novi Testamenti documenta descripsit : ejus vero discipuli ad Magistri sui nutum, auribus multorum doctrinam suam accommodantes, quæcumque quidem veluti ultra habitum progressis, a perfecto ipsorum Magistro præcepta fuerant, ea iis qui capere poterant, tradiderunt : quæcumque vero iis convenire arbitrabantur, qui animas adhuc affectibus obnoxias gerent, curationisque indigentes : ea ipsi ad imbecillitatem multorum se demittentes, partim litteris, partim sine litteris, quasi jure quodam non scripto servanda, commendarunt. Quocirca in Ecclesia Dei duo etiam vivendi modi instituti sunt : alter quidem naturam noxam, et communem hominum vitæ rationem excedens, non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens, totus autem prorsus a communi et consuetâ cunctorum hominum vita abhorrens, et soli divino cultui, ex immenso rerum cælestium amore addictus : qui hunc modum amplexi sunt, quasi ab hac mortali vita sejuncti, ipsumque duntaxat corpus in terra gerentes, cogitatione vero atque animo in ipso cælo degentes, quasi quidam cœlites, reliquorum hominum vitam despiciunt : quippe qui pro universo genere, supremo omnium Deo sacriati sint, idque non boum mactationibus, non cruoribus, non libationibus, aut nidore ullo, neque fumo, aut ignis devoratione, consumptioneque corporum, sed rectis veræ pietatis sentiis, et purgati animi affectione, ad hæc operibus quoque ac verbis, quæ a virtute proficiscantur, quibus rebus di-

A χρεών, μικρῶ πρόσθεν ἀκηκόαμεν, τὰ πάνσοφα καὶ ἐντελῆ καὶ οὐράνια παραγγέλματα· ἃ δὴ οὐκ ἐν πλαστῶν λιθίναις Μωυσεὶ παραπλήσιως, οὐδὲ γε μέλανι καὶ χάρταις ἤξιώσε παραθέσθαι, ψυχὰς δὲ κεκαθαρμέναις, καὶ νοεράν οὐσίαν κεκτημέναις τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν· ἐν αἷς ἐγγράφας τοὺς τῆς Καινῆς Διαθήκης νόμους, ἔργοις ἀτεπλήρου τῆν φήσασαν διὰ Ἱερεμίου προφητείας· « Διαθήσομαι Διαθήκην Καινὴν, οὐ κατὰ τὴν Διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατέριν αὐτῶν· ὅτι αὕτη ἡ Διαθήκη ἦν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, διδοὺς νόμους μου εἰς διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν γράψω αὐτοὺς, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονται μου λαός. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η΄.

B Ὡς εἰς δύο τρόπους ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν διήρηται βίος.

Ἄλλ' ὁ μὲν ἐν πλαστῶν ἀψύχοις, ὁ δ' ἐν διανοίαις ζώσας τὰ τέλεια τῆς Καινῆς Διαθήκης παραγγέλματα ἐνέγραψεν· οἱ δὲ γε αὐτοῦ μαθηταὶ τῷ τοῦ διδασκάλου νεύματι κατάλληλον ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς ποιούμενοι τὴν διδασκαλίαν, ὅσα μὲν αὐτὴν ἐξὶν διαδεχθῶσι πρὸς τοῦ τελείου διδασκάλου παρήγγελλτο, ταῦτα τοῖς οἰοῖς τε χωρεῖν παρεδίδωσαν· ὅσα δὲ τοῖς ἔτι τὰς ψυχὰς ἐμπάθει, καὶ θεραπείας δεομένοις ἐφαρμόζειν ὑπελάμβανον, ταῦτα συγκαταίοντες τῇ τῶν πλειόνων ἀσθενείᾳ, τὰ μὲν διὰ γραμμάτων, τὰ δὲ δι' ἀγράφων θεσμῶν φυλάττειν παρεδίδωσαν (ὥστε ἤδη καὶ τῇ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ δύο βίων νενομοθετησθαι τρόπους· τὸν μὲν ὑπερφυσῆ, καὶ τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα, οὗ γάμοις, οὐ παιδοποιίας, οὐδὲ κτήσιν, οὐδὲ περιουσίας ὑπαρξῶν παραδεχόμενον, ὅλον δὲ δι' ὅλου τῆς κοινῆς καὶ συνήθους ἀπάντων ἀνθρώπων ἀγωγῆς παρηλλαγμένον καὶ μόνῃ τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ προσωκειωμένον καθ' ὑπερβολὴν ἔρωτος οὐρανοῦ· οἱ δὲ τόνδε μετιόντες τὸν τρόπον, τῶν θνητῶν βίον θεθάνατι δοκούντες, καὶ αὐτὸ μόνον τὸ σῶμα φέροντες ἐπὶ γῆς, φρονήματι δὲ τὴν ψυχὴν εἰς οὐρανὸν μετενηνεγμένοι, οἳ τινες θεοὶ, τὸν τῶν ἀνθρώπων ἐφορῶσι βίον, ὑπὲρ τοῦ παντὸς γένους ἱερωμένοι τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, οὐ βουδοσιαῖς καὶ αἵμασι, οὐδὲ σπονδαῖς καὶ κλισσαῖς, οὐδ' αὖ καπνῶ καὶ πυρὸς ἀποθρώσει. καὶ σωμάτων φθοραῖς, δόγμασι δὲ ὀρθοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας, ψυχῆς τε διαθέσει κεκαθαρμένης, καὶ προσέτι τοῖς κατ' ἀρετὴν ἔργοις τε καὶ λόγοις· οἷς τὸ θεῖον ἐξιλεούμενοι, τὴν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν σφίσις ὁμογενῶν ἀποτελοῦσιν ἱερουργίαν. Τοιοῦτο μὲν οὖν καθέστηκεν ὁ ἐντελής τῆς κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν

¹¹ Jerem. xxxi, 31-35.

πολιτείας τρέπος· Ὁ δ' ὑποβεθηκώς ἀνθρωπινώτερος, ὅς καὶ γάμοις συγκατιέναι σώφροσι καὶ παιδοποιαις, οἰκονομίας τε ἐπιμελεῖσθαι, τοῖς τε κατὰ τὸ δίκαιον στρατευομένοις τὰ πρακτέα ὑποτίθεσθαι, ἀγρῶν τε, καὶ ἐμπορίας, καὶ τῆς ἄλλης πολιτικώτερας ἀγωγῆς μετὰ τοῦ θεοσεβοῦς φροντίζειν, οἷς καὶ ἀσκήσεως ἡμέραι· ἀφωρίσθησαν. Καὶ τις τούτοις δεύτερος εὐσεβείας ἀπενεμήθη βαθμῆς, κατὰλληλον τῷ τοιῦδὲ βίῳ παρέχων τὴν ὠφέλειαν, ὡς μὴδὲνα ἀμοίρειν τῆς σωτηρίου ἐπιφανείας· πᾶν δὲ γένος ἀνθρώπων, Ἑλλήνων ὀμοῦ καὶ βαρβάρων, τῆς εὐαγγελικῆς ἀπολαύειν διδασκαλίας.

est gradus, dum aptam huic ipsi generi vitæ præbet utilitatem, ut nullus plane ab adventu salutari separetur, sed omne genus hominum tam barbarorum, quam Græcorum, evangelicæ doctrinæ fructum percipiat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ.

Τι εἴποτε μὴ ὁμοίως τοῖς παλαῖοις καὶ παρ' ἡμῖν τὰ τῆς πολυπαιδείας σπουδάζεται.

Τούτων ὡς ἐχόντων, ζητῆσαι ἂν τις εἰκότως, εἴ τί κατὰ τοὺς πάλαι καὶ πρὸς Μωϋσέως, θεοφιλεῖς ἄνδρας τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν θεοσεβεῖν ὑποτίθεσθαι φαινομένην· μίαν τε ἡμῶν τε καὶ κείνων εὐσεβείαν, καὶ Θεοῦ γνώσιν τὴν αὐτὴν· τί ὅσα οἱ μὲν περὶ γάμοις καὶ παιδοποιίας πλείστην εἰσήγον σπουδὴν, ἡμῖν δὲ τοῦτο παραμελεῖται τὸ μέρος. Καὶ πάλιν οἱ μὲν ταῖς διὰ ζώων θυσίαις ἐξιλεούμενοι τὸν Θεὸν ἀνεγάρφησαν· ἡμῖν δὲ καὶ τοῦτο πράττειν, ὡς τι τῶν ἀνοσιῶν, ἀπηγόρευται. Δύο γὰρ μόνα ταῦτα, οὐ μικρὸν ἔχοντα λόγον, δόξαιεν ἂν τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένους ἀντιπίπτειν, ὡς μὴ κατὰ ταῦτα τῶν παλαιῶν σφίζοντων τῆς εὐσεβείας τρόπον. Καὶ πρὸς ταῦτ' οὖν τοιάνδε λύσιν ἐξ αὐτῶν πάρεστιν ἀναλέξασθαι τῶν [παρ'] Ἑβραίοις λογίων· οἱ μὲν πρὸς Μωϋσέως ἐπ' εὐσεβείᾳ μεμαρτυρημένοι, ἀρχὴν ἔχοντες τότε καὶ συνιστάμενοι τοῦ βίου, γενέσθαι μνημονεύονται· τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς περὶ τέλους ἐλαύνειν. Διὰ τοῖς μὲν σπουδάζεσθαι τὴν τῶν διαδόχων ἐπίδοσιν εἰς ᾧ ἀνθρώπιαν, ἀξίοντος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καὶ πληθύνοντος, εἰς ἀκμὴν τε προϊόντος τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους· ἡμῖν δὲ μὴ σφόδρα τοι τοῦτο μέλειν, ὡς ἂν ἤδη τῶν πραγμάτων φθινόντων καὶ ἀποληγόντων, ἐπὶ πέρας τε ἔσχατον ἐλαυνόντων, διαρῆδη τῆς τοῦ βίου συντελείας, πρὸ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ἐπὶ θύραις ἐλαύνειν λεγομένης, ἀνανεώσεώς τε καὶ παλιγγενεσίας αἰῶνος ἐτέρου, ὅσον οὐπω μέλλοντος ἐπιστήσεσθαι, προκηρυττομένης. Μία μὲν οὖν ἀπόδοσις αὐτῆ· δευτέρα δ' ἂν εἴη τοιαύτη. Τοῖς μὲν παλαῖοις, ἀνεμῆνον καὶ ἐλευθερον μετιούσι βίον, οὐδὲν ἦν ἐμποδῶν οἴκου καὶ παιδῶν προϊστασθαι μετὰ τῆς περὶ τὸ θεῖον σχολῆς, αὐταῖς γαμεταῖς, καὶ παισὶ, καὶ οἰκίαις θεοσεβεῖν ἀπερισπάστως δυναμένοις, καὶ μηδὲ μὴ ὑπὸ τῶν ἐκτὸς τῆς περὶ τὰ κρείττω προθέσεως ἀποσπασμένοις· τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς, μυρία τὰ ἐκτὸς καθέλιοντα, καὶ εἰς ἀλλοκότους φροντίδας περιεσπῶντα, τῆς τε περὶ τὰ Θεῶν ἀρεστῆ σπουδῆς ἀφιστάνα τυγχάνει. Τοῦτο γοῦν αἴτιον εἶναι τῆς τῶν γάμων συστολῆς παρίσταιναι ὁ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας λόγος, φάσκων· Ὁ τοῦτο δὲ φημι, ἀδελφοί,

vinitatem ipsam placantes suum et pro seipsis, et pro aliis, qui ejusdem sint generis, administrant sacerdotium. **30** Et talis quidem existit in Christianismo perfectus vitæ modus. Alter vero remissior atque humanior; hic et modesto conjugio, et sobolis procuratiōne implicatur, et rei familiaris cura assumit, et juste militantibus, quæ sint agenda, describit: agros quoque, et mercaturam, aliumque magis civilem vivendi morem, adjuncta religione non negligit: iis autem qui hunc modum elegerunt, et exercitationum tempora, et discendi, verbumque divinum audiendi, certi dies assignati sunt: et his quidem secundus pietatis attributus

B

CAPUT IX.

Quam ob causam non ut prisci illi, ita nos quoque numerosæ soboli operam damus.

Cum hæc ita se habeant, merito aliquis quæsierit, si vere dicimus ab evangelica Salvatoris nostri doctrina, eam divini cultus rationem doceri, quam prisci illi, qui ante Mosem religiose et sancte vixerunt, secuti sunt: unamque esse et nostram, et illosum religionem, eandemque de Deo sententiam: quænam causa sit, ut illi quidem in nuptiis et procreatione liberorum plurimum studii posuerint, nos vero hanc partem negligamus. Item cum de illis scriptum sit, quod animalium cædibus Deum placarent, cur ita nos istud facere, quasi nefarium quidpiam et sacrilegum, prohibeamur. Hæc enim duo duntaxat, quæ sane hand parvi momenti sunt, putaverit quispiam, iis quæ a nobis dicta sunt, adversari, nosque non omni ratione eundem cum priscis illis, colendi Dei morem servare. Igitur etiam adversus hæc, talem licet ex ipsis Hebræorum oraculis rationem colligere. Quicumque ante Mosem de laude pietatis nomen adepti sunt, hi tunc initium habente, tuncque primum existente vita, fuisse memorantur: quæ vero ad nos pertinent, tendere ad finem. Quare illos magna cum cura, sobolis incrementum quæsisivisse, cum per illud tempus et numerus hominum **31** augesceret et multiplicaretur, atque in dies robur acciperet genus humanum: nobis vero non admodum curæ esse hoc, utpote cum res jam interire ac desinere, atque ad extremum finem tendere credantur: quando plane dicitur, ante vitæ consummationem, evangelicam in foribus adesse doctrinam: et renovatio ac generatio alterius exculi, quod brevi instet futurum, denuntiatur. Una igitur defensio hæc, altera autem erit hujusmodi. Priscis illis qui remissiozem ac liberiozem vitam agebant, nihil erat impedimento, ne domui liberisque præessent, ac pariter divinæ quoquo rei vacarent, quando una cum uxoribus et liberis, et domo, religioni assiduum dare operam poterant, et nusquam ob illas res externas a meliøre proposito avellebantur. Res vero nostræ innumerabilia ha-

bent, quæ extrinsecus premant, et quæ in alienas curas undique trahant, et ab earum rerum studio, quæ Deo placent, abducant. Hanc igitur causam esse, cur nubendi ratio contrahitur, evangelicæ doctrinæ verbum demonstrat, ubi ait: « Hoc autem dico fratres, tempus breve est. Reliquum est, ut et qui habent uxores, tanquam non habentes sint: et qui flent, tanquam non flentes: et qui gaudent, tanquam non gaudentes: et qui emunt, tanquam non possidentes: et qui utuntur hoc mundo, tanquam non abutentes. Præterit enim figura hujus mundi; volo autem vos sine sollicitudine esse: qui sine uxore est, sollicitus est de iis quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui autem cum uxore est, sollicitus est de iis, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est. Et mulier innupta, et virgo cogitat quæ Domini sunt, ut placeat Domino, ut sit sancta et corpore et spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem præbeat, sine impedimento Dominum obsecrandi ¹⁴. » Palam igitur in his causam, cur a nuptiis sit abstinendum proponit, ubi temporum rerumque extrinsecus ingruentium stoliditatem reprehendit: quorum nihil priscis illis accidebat. Ad hæc, tertia quoque ratio adjungi potest, propter quam veteres illi Dei cultores, in procreatione liberorum plurimum studii collocarent. Cum reliqui homines in morum perversitate majus in dies incrementum accepissent, atque in immanem, **32** et ab omni humanitate alienam, et plane ferinam vitam relapsi essent, et in impium prorsus, omnique religioni inimicum morem, facile corruissent: valde pauci, et facile numerabiles, qui supererant, ea sectantes, quæ prius a nobis dicta sunt, a multorum consuetudine et a communi cum reliquis hominibus victu, se amovebant. Porro autem cum scorsum ab aliis gentibus, singularique more viverent, novam quandam Republicæ rationem, vitamque studiosam sapientiæ, vereque ipsius Dei cultricem, et reliquis hominibus impermiscuam, instituerunt. Ut igitur posteris quoque illorum propriæ religionis, tanquam scintilla quædam reparandi ignis, ita aliquod semen servaretur, neque una cum ipsorum decessu ipsorum pietas deficeret, atque interiret, merito et generandæ et alendæ sobolis curam introducere, ut sic doctores atque magistri propriorum liberorum existerent: quippe qui posteris successores pietatis, propriæque virtutis hæredes relinquere, pulchrum atque honestum judicarent. Hinc sane prophetæ innumerabiles, et viri justi: quin ipse quoque Salvator ac Dominus noster, ejusque discipuli atque apostoli, ab illorum disciplina profecti sunt. Quod si qui etiam vitiosi ab iisdem prodierunt, quasi paleæ simul cum tritico subnascentes, non ob id tamen culpandi qui ge-

A ejus ¹¹. » Simili ratione, et longe quidem excellentius, Salvator noster « cum duxisset suos discipulos in montem excelsum valde, transfiguratus est coram eis, et resplenduit facies ejus ut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut lux ¹². » Moses item leprosum mundavit. Siquidem scriptum est : « Et ecce Maria lepra candens sicut nix ¹³. » Et paulo post : « Et clamavit Moses ad Dominum, dicens : Deus, obsecro, sana eam ¹⁴. » Simili ergo ratione, sed longe majori potestate Christus Dei, cum ad eum leprosus accessisset, dixissetque : « Si vis, potes me mundare. Respondit : Volo, mundare, et mundata est ejus lepra ¹⁵. » Rursus Moses digito Dei scriptam esse legem affirmavit. Nempe sic scriptum est : « Et dedit Mosi, cum desiisset loqui ad eum in monte Sina, duas tabulas testimonii, tabulas lapideas scriptas digito Dei ¹⁶. » Et in Exodo : « Dixerunt igitur incantatores Pharaoni, digitus Dei est hic ¹⁷. » Itidem Jesus quoque, qui Christus est Dei, Pharisæis dicebat : « Si autem in digito Dei ejicio dæmonia ¹⁸. » Ad hæc omnia Moses denominavit Jesum Nave. Pari ratione etiam Salvator Simonem Petrum. Atque item Moses constituit populo, qui præessent septuaginta. Siquidem dicit Scriptura : « Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, et auferam de spiritu qui in te est, et immittam in eos : et congregavit septuaginta viros ¹⁹. » Sic etiam ipse Salvator « designavit suos discipulos septuaginta, et misit binos ante faciem suam ²⁰. » Rursus Moses duodecim viros emisit terram exploraturos ²¹. Noster **94** item Salvator, multoque etiam præstantius duodecim apostolos emisit, ad inspiciendas omnes gentes ²². Rursus Moses ponit legem quæ dicit : « Non occides, non mæchaberis, non furaberis, non pejeras bis ²³. » At Salvator noster lege proposita, non occidere solum, sed etiam irasci prohibet ²⁴, et pro eo quod dictum est, non mæchari, ne intueri quidem mulierem cum petulanti cupidine admonet ²⁵ : et pro eo quod est, non furari, res proprias indigentibus elargiri imperat ²⁶ : etiam illud longe transiliens quod est, non pejeras, ne jurare quidem ullo modo instituit ²⁷. Et quid me oratione longius provehi necesse est, ut demonstrarem similia, finitimaque inter se, Mosen ac Salvatorem, Dominumque nostrum fecisse? cum unicuique volenti, in otio talia colligere facillimum sit? Etenim cum Mosis mortem novisse neminem dicant, ac ne sepulcrum quidem ejus, neque itidem Salvatoris nostri post reditum suum in vitam, mutationem in speciem divinam quisquam scire potuit. Si igitur in tam multis rebus alius nemo, sed solus Salvator noster, qui cum Mose similitudinem factorum habuerit, proferri potest, superest jam ut in illum unum spectemus. Neque vero ad alium quempiam referamus prophetiam, quæ apud Mosen exstat,

¹¹ Exod. xxxiii, 29, 30. ¹² Matth. xviii, 1-3.

¹³ Exod. xxxi, 18. ¹⁴ Exod. viii, 19.

¹⁵ Luc. xi, 20. ¹⁶ Num. xi, 16, 17, 24.

¹⁷ Luc. x, 1.

¹⁸ Deut. i, 23. ¹⁹ Matth. x, 1-5. ²⁰ Exod. xx, 13-16.

²¹ Matth. v, 22. ²² Ibid. 28. ²³ Ibid. 48.

²⁴ Ibid. 34.

in qua illi similem suscitaturum se Deus respondet, dicens : « Prophetam ex fratribus eorum suscitabo eis, tanquam te, et dabo verbum meum in os illius, et loquetur eis quemadmodum mandavero illi; et omnis homo quicumque non audierit verba illius, quæcunque loquetur propheta in nomine meo, ego ulciscar ex eo ²⁰ : » ipseque Moses Dei vocem ad populum interpretans, ait : « Prophetam ex fratribus vestris suscitabit Dominus Deus vester, illum audietis in omnibus quæcunque postulasti a Domino Deo tuo in Choreb in die concionis ²¹. » Quod autem post Moysen ante Salvatorem nostrum nullus prophetarum Mosi similis surrexerit, antiqua Scriptura perspicue docet, ubi ait : « Et non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moses, quem noverit Dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis ²². » Constat igitur divinum spiritum per Moysen de Salvatore nostro cecinisse : siquidem unum ipsum, nec alium quempiam Mosi similem exstitisse, qualem ipsius Mosi verba describunt, jam comprobatum est. Cæterum, spectata aliam quoque prophetiam **95** publicæ scripturæ commendatam. Nam cum Salvatorem et Dominum nostrum, hominem ratione humanitatis de semine Israel ortum, innumerabiles conventus in omnibus gentibus Dominum appellent, propter divinam ejus virtutem hanc ei appellationem tribuentes : Moyses quoque, qui, hoc divino Spiritu afflatus, cognoverat, enuntiavit in hunc modum : « Exhibet homo de semine ejus (dicit autem de Israel) et dominabitur gentibus, et extolletur regnum ejus ²³. » Quod si nullus unquam alius ex iis principibus et regibus, qui in circumcissione regnaverint, multarum gentium Dominus constitutus est (nulla enim historia hoc habet), clamat autem et vociferatur veritas de uno Salvatore nostro : illum utique jam Dominum, neque id labiis tantum, sed affectione sincerissima, innumerales omnium nationum conventus confiteri : quid ultra jam impedit ne illum esse dicamus, de quo prophetiæ exstant? Quod autem Moyses hæc non indefinite prædicat, neque immenso quodam et inconstanti tempore vaticinium adumbret, sed valde providenter eventum rerum quas prædixerit, determinatis temporibus circumscribat, illa planissime indicant, quæ de hac quoque re canit : « Non deficiet, inquit, princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est : et ipse exspectatio gentium ²⁴. » Quibus verbis non defuturos deinceps ductores ac principes, qui sibi inter se continuata serie succedant de gente Judaica, usque ad ejus, qui exspectatur, adventum, enuntiat. Quod si principes apud Judæos defecerint, adventurum eum, qui ex oraculis exspectatur. Judam vero hic non ipsam tribum intelligit, sed quoniam denominatione quadam posterioribus temporibus a regali tribu Juda, omnis Judæorum ratio dicta est, ita quidem ut hodie quoque Judæi

²⁰ Deut. xviii, 18, 19.²¹ ibid. 15, 16.²² Deut. xxxiv, 10, 14.²³ ibid. 10.²⁴ Gen. xlix, 10.

Α τὴν τοῦ Θεοῦ διερμηνευῶν φωνὴν, ἔφησεν· « Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Αὐτοῦ ἀκούσατε κατὰ πάντα ὅσα ἤρτησα παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐν Χωρὴβ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας. » Ὅτι δὲ τῶν μετὰ Μωϋσέα προφητῶν οὐδεὶς πρὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁμοίος ἐγήγερται· Μωϋσεῖ, σαφῶς ἡ παλαιὰ Γραφή διδάσκει, λέγουσα· « Καὶ οὐκ ἀνέστη ἐτι προφήτης ἐν Ἰσραὴλ, ὡς Μωϋσῆς, ὃν ἔγνω Κύριος πρόσωπον κατὰ πρόσωπον ἐν πᾶσι τοῖς σημεῖοις καὶ τέρασι. » Δέδεικται τοίνυν τὸ ἔθνεον πνεῦμα διὰ Μωϋσέως περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεσπίσαν· εἰ δὲ ὁ μόνος αὐτὸς, καὶ οὐδ' ἄλλος ὁμοίος τῷ Μωϋσεῖ γεγονώς ταῖς αὐτοῦ Μωϋσέως φωναῖς ἀκολούθως συνέστη. Σκέψαι δὲ καὶ ἄλλην προφητείαν ἀνάγραπτον. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, ἀνθρώπον κατὰ σάρκα γενόμενον ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ, μυρία πλήθη ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κυριολογεῖ, τῆς ἐνθέου δυνάμεως αὐτοῦ χάριν Κύριον ὁμολογούντα, καὶ τοῦτο πάλιν Μωϋσῆς συνιδὼν τῷ θεῷ Πνεύματι, διὰ τῆς αὐτοῦ γραφῆς τοῦτον ἀνεφώνησε τὸν τρόπον· « Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ (λέγει δὲ τοῦ Ἰσραὴλ), καὶ κυριεύσει ἐθνῶν, καὶ ὑψωθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ. » Εἰ δὲ μηδεὶς ἄλλος πώποτε τῶν ἐκ περιτομῆς ἀρχόντων καὶ βασιλέων κύριος ἐθνῶν πολλῶν κατέστη· (οὐδεμία γὰρ ἱστορία δηλοῖ τοῦτο)· βῶβ δὲ καὶ κέκραγεν ἡ ἀλήθεια ἐπὶ μόνου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· ὅτι ὁ Κύριος αὐτὸν, καὶ οὐκ αὐτὸ μόνον τοῖς χεῖλεσι, διαθέσει δὲ γνησιωτάτη, μυρία πλήθη ἐξ ἀπάντων τῶν ἐθνῶν ὁμολογεῖ, τί δήποτε ἐμποδῶν μὴ οὐχὶ αὐτὸν εἶναι φάσκειν τὸν προφητευόμενον; Ὅτι δὲ Μωϋσῆς ταῦτα οὐκ ἀπεριορίστως προλέγει, οὐδ' εἰς ἀπειρον καὶ ἀπερίμετρον χρόνον ἐπιτακιάζων τὴν πρόβησιν, οὐ μάλα δὲ ἀκριβῶς τὴν τῶν προφητευομένων ἐκδοσιν χρόνοις ὠρισμένοις περιγράφων, ἄκουε ὅσα καὶ περὶ τούτου θεσπίζει· « Οὐκ ἐκλείπει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Δι' ὧν οὐ διαλείψει ἐξῆς καὶ κατὰ διαδοχὴν ἡγούμενους καὶ ἄρχοντας τῶν Ἰουδαίων ἔθνεος, μέχρι τῆς τοῦ προσδοκωμένου παρουσίας ἀποφαίνεται. Διαλιπόντων δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς ἀρχόντων, παρέσεσθαι τὸν προφητευόμενον. Ἰούδα δὲ νῦν οὐ τὴν φυλὴν ὀνομάζει, ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τινὰ προσωνομίαν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἀπὸ βασιλικῆς φυλῆς τῆς Ἰούδα τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐχρημάτιζεν, ὡς καὶ εἰς σήμερον Ἰουδαίους ὀνομάζεσθαι· σφόδρα θαυμαστῶς καὶ προφητικῶς τὸ πᾶν ἔθνος Ἰουδαίων ὀνόμασεν, ὡςπεροῦν καὶ ἡμεῖς Ἰουδαίους προσαγορεύομεν. Εἰτά φησι μὴ πρότερον ἐκλείπειν ἐκ τοῦ ἔθνεος αὐτῶν ἄρχοντας καὶ ἡγούμενους, ἢ παρεῖναι τὸν προφητευόμενον· τούτου δὲ ἐπιστάντος, καταλυθῆσεσθαι μὲν αὐτίκα τὴν Ἰουδαίων ἀρχὴν, αὐτὸν δὲ οὐκ ἐτι Ἰουδαίων, ἐθνῶν δὲ ἕσεσθαι προσδοκίαν. Καὶ τοῦτο δὲ ἐπὶ μὲν τῶν προφητῶν οὐκ ἂν δύναται ἐφαρμόζειν, ἐπὶ δὲ μόνον τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν. Ἄμα τε γὰρ αὐτὸς εἰς ἀνθρώπους παρήν, καὶ τὸ Ἰουδαίων καθήρητο βασίλειον· ἐκλεόλπει δὲ παραχρῆμα ὁ ἐκ προγόνων δια-

δοχῆς ἔρχων αὐτῶν, καὶ ὁ κατὰ νόμους τοὺς οἰκείους ἠγούμενος, Αὐγούστου τότε πρώτου Ῥωμαίων μοναρχήσαντος, Ἡρώδου τε ἐξ ἄλλοφύλων ἐθνῶν βασιλέως αὐτῶν καταστάντος. Καὶ οἱ μὲν ἐκλελοίπεσαν, ὁ δὲ προσδοκία τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν, κατὰ τὴν θείαν πρόβησιν ἀναπέφτανται· ὡς καὶ εἰσέτι νῦν πάντας τοὺς ἐξ ἀπάντων τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας τῆς κατὰ Θεὸν αὐτῶν προσδοκίας τὴν ἐλπίδα ἐπ' αὐτῷ τίθεσθαι. Καὶ Μωϋσῆς μὲν τοσαῦτα, καὶ τὰ τοῦτων ἕτερα πλείω περὶ τοῦ Χριστοῦ πρὸς πάντας ἡμᾶς εὐαγγελίζεται· ἀδελφὰ δὲ αὐτῷ καὶ Ἥσαϊας ἀφωρισμένως περὶ τίνος ἐνδὸς ἐκ σπέρματος καὶ διαδοχῆς Δαβὶδ τοῦ βασιλέως ἀναστησομένου ταῦτα, προλέγει· Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ἀναθήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως· καὶ τὰ λοιπὰ. Εἴθ' ὑποβάς ἐξῆς προφητικῶ τρόπῳ τὴν τῶν ἄλλοφύλων ἐθνῶν βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων, τῶν τε ἀγριωτάτων καὶ θηριωδεστάτων ἀνθρώπων τὴν ἐπὶ τὸ πρᾶον καὶ ἡμερον διὰ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας γενησομένην μεταβολὴν θεσπίζει. Λέγει δ' οὖν· Καὶ συμβοσκοθήσεται λύκος μετὰ ἀρνός, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ μοσχάριον, καὶ ταῦρος, καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ τὰ τοῦτοις παραπλήσια, ἃ καὶ παρὰ πόδας διασαφῶν ἐρμηνεύει, φήσας· Καὶ ἔσται ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιούσιν. Σαφῶς γὰρ τὰ ἔθνη θρέμματα καὶ τοὺς προκαταλελειμένους θήρας οὐδὲ ἄλλως εἶναι τῶν ἐθνῶν, τοῦ θηριώδους ἕνεκα τρόπου, διεσάφισεν· ὧν ἐθνῶν ἄρξεν φησὶ τὸν ἀνιστάμενον ἐκ σπέρματος Ἰεσσαί· ἀφ' οὗ δὴ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν γενεαλογεῖται, ἐφ' ὃν τὰ εἰς αὐτὸν πιστεύοντα ἔθνη εἰσέτι νῦν ἐλπίζει συμφῶνως τῇ προβῆσει· Καὶ ἔσται ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιούσι. Τοῦτο δὴ παρὰ τοὺς παρὰ Μωϋσεὶ φερομένους διαστέλλων καὶ τὸ μὲν, Ἐσται ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐφάρμοσον τῷ, ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν· καὶ τὸ, Ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιούσι, τῷ, Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. Τί γὰρ διαφέρει φάσκειν, Ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιούσιν, ἢ, Αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν; πάλιν δ' ὁ αὐτὸς Ἥσαϊας προῖων περὶ τοῦ Χριστοῦ ταῦτα προφητεύει· Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ἠρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχὴ μου, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει· καὶ ἐπιφέρει, Ἔως ἀνθῶ ἐπὶ γῆς κρίσιν, καὶ ἐν τῷ ὄνομαι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιούσιν. Ἦδη δεύτερον ἐν τούτοις ὁ προφήτης τὸ ἐπὶ τῷ Χριστῷ τὰ ἔθνη ἐλπίζειν τίθεται, ἀνώτερον εἰπὼν· Ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιούσιν. Ἐνταῦθα δὲ, Καὶ ἐν τῷ ὄνομαι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιούσι. Λέλεκται δὲ καὶ τῷ Δαβὶδ, ὡς ἄρα· Ἐκ τοῦ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ἀναστήσεται τις περὶ οὗ ἐξῆς φησὶν ὁ Θεός· Αὐτὸς ἐπικαλέσεται με, πατήρ μου εἶσὺ· κάγω πρωτότοχον θήσομαι αὐτόν. Καὶ περὶ τοῦτοῦ δὲ πάλιν εἴρηται· Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ

A nominentur, valde mirabiliter et propheticè omnem Judaicam gentem Judam nominavit, sane ut nos quoque Judæos appellare consuevimus: tum affirmat non prius defuturos de gente ipsorum principes ac duces, quam is adveniat, quem propheticè significat. Porro hic simul atque advenerit, Judæorum quidem principatum esse dissolvendum, ipsum vero non Judæorum amplius, sed gentium fore expectationem: quod quidem ipsum nulli unquam prophetarum accommodare, sed uni duntaxat Salvatore Dominoque nostro, poteris. **96** Nam simul atque ille ad homines venit, Judæorum regia sublata est, continuoque illorum princeps defecit, qui quidem majoribus suis succederet, atque ex legibus propriis illis præesset. Tunc enim Augustus Romanorum primus accepit imperium: et Herodes ab externis gentibus accitus, illorum rex constitutus est. Et illi quidem defecerunt, hic autem gentium per totum terrarum orbem expectatio, sicut divinitus prædictum fuerat, declaratus est: adeo quidem, ut nunc quoque omnes quicumque ex omnibus gentibus in illum credunt, expectationis suæ secundum Deum, in illo spem reponant. Et Moyses quidem hæc aliaque his plura de Christo omnibus nobis feliciter nuntiat; ei vero germana Isaias quoque definite de uno certo rege, qui ex semine ac successione David sit suscitandus, hæc canit: Egredivit virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eos spiritus Dei, spiritus sapientiæ et intellectus⁹⁵, et reliqua. Tum longius progressus, more prophético, externarum gentium et barbararum, nec non cum Græcorum, tum asperrimorum ac ferocissimorum hominum, futuram in mites mansuetosque mores ex doctrina Christi mutationem, prædicit. Sunt autem ejus verba hæc: Et pascetur simul lupus cum agno, et pardus simul quiescet cum hædo: et vitulus et taurus et leo simul pascentur⁹⁶, et alia his similia: quæ etiam e vestigio planiora efficiens interpretatur, ubi ait: Et erit, qui surgit ad imperandum gentibus, in eo gentes sperabunt⁹⁷. Plane enim irrationalia illa jumenta, et quas illic prædixit belluas, nullas esse alias quam ipsas gentes propter earum ferinos mores, declaravit: quibus sane gentibus imperaturum affirmat eum, qui surgit de semine Jesse: ex quo semine Salvator et Dominus noster oriundus prædicatur, in quem gentes, quæ in ipsum credunt, etiam nunc sperant, ipsi utique vaticinio consentanea facientes, quod ait: Et erit, qui surgit imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt. Hoc igitur apponito iis quæ apud Moysen feruntur, ac distinguo. Et illud quidem: Erit, qui surgit imperare gentibus, cum illo composito: Egredivit homo de semine ejus, et dominabitur gentibus multis. Et illud: In ipso gentes sperabunt, cum illo: Et ipse erit expectatio gentium.

⁹⁵ Isa. xi, 1, 2. ⁹⁶ ibid. 6. ⁹⁷ ibid. 10.

Quid enim interest dicasne, in ipso gentes sperabunt, **97** an vero: ipse erit exspectatio gentium? Rursus vero idem Isaias, oratione progressus, de Christo hæc divinat: « Ecce puer meus, quem elegi; dilectus meus, in quo complacuit sibi anima mea: iudicium gentibus proferet ³⁷, » ac deinceps adjungit: « donec ponat in terra iudicium, et in nomine ejus gentes sperabunt ³⁸: » in his Propheta jam secundo gentes in Christo speraturas ponit, cum superius illud dixerit: « in ipso gentes sperabunt ³⁷. » Hic vero: « in nomine ejus gentes sperabunt. » Etiam ipsi David dictum est ³⁹, de fructu ventris ejus suscitandum esse quemdam, de quo deinceps ait Deus: « Ipse invocabit me, pater meus es tu, et ego primogenitum ponam eum ⁴⁰. » Nam de hoc rursus dictum est: « Et dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad terminos orbis terræ ⁴¹. » Et rursus: « Omnes gentes servient ei, et benedicentur in te omnes tribus terræ ⁴². » Præterea autem locus quidem certus a Michæa canitur, in quo is oriturus sit, de quo feruntur tot vaticinia: « Et tu, inquit, Bethlehem, domus Euphrata, minima es ut sis in millibus Juda: ex te mihi egredietur dux, qui pascet populum meum Israel, et exitus ejus ab initio ex diebus sæculi ⁴³: » et omnes confitentur, in Bethlehem Jesum Christum esse natum. Quin etiam incolæ ejus loci speluncam ibidem monstrant iis, qui ab externis terris venerint ad spectandum: et locus quidem hic ubi ortus ejus futurus fuit, prædictus est. Ipsius vero ortus miraculum, nunc obscure ac figurate, nunc plane et aperte ponit Isaias: obscure quidem, ubi ait: « Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est? annuntiavimus coram eo, quasi puerulus, quasi radix in terra sitiendi ⁴⁴. » Pro quo Aquila quidem sic interpretatus est: « Et prædicabitur tanquam quod ubere nutritur in faciem ejus, et tanquam radix de terra invia. » Theodotus vero: « Et ascendet sicut quod lacte alitur coram eo, et sicut radix in terra sitiendi. » His enim verbis cum mentionem fecerit propheta de brachio Domini, quod erat Dei Verbum: « Coram eo, inquit, annuntiavimus quasi puerulum lactentem, et qui ubere nutriatur, et quasi radicem de terra invia; » ubi puerulus quidem ille, qui ubere atque lacte nutritur, plane ortum Christi declarat. Terra vero invia et sitiens, **98** virginem quæ illum enixa est, quam scilicet nullus vir adiit, de qua quamvis invia, laudata illa radix prodiit, et qui ubere, lacteque nutriretur puerulus. Verum hæc adumbrate admodum significavit: apertius vero idem propheta sententiam suam interpretatur, ubi ait: « Ecce virgo in utero capiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus »

ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. » Καὶ αὖθις · « Πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ τόπος δὲ τις πάλιν ἀφωρισμένος τῆς τοῦ προφητευομένου γενέσεως θεσπίζεται ὑπὸ Μιχαίου λέγοντος · « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Εὐφραθᾶ, ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα · ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ · καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπαρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. » Ὁμολογῆται δὲ παρὰ τοῖς πᾶσιν, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ὡς καὶ σπηλαιοὶ δείκνυσθαι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων αὐτόθι τοῖς ἐπὶ θέαν ἀπὸ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀφικνουμένοις. Καὶ ὁ μὲν τόπος οὗτος, ἔνθα γεννήθη αἱ ἐμμελεν, προείρητο · τίς δὲ καὶ λευκότερον ὁ Ἰσαίας παρίστησι, δι' αἰνιγμάτων μὲν (1), ὅταν λέγῃ · « Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίον Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγελαμέν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῆ διψώση. » Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν οὕτως · « Καὶ ἀναρῆθήσεται ὡς τιτιθίζομενον εἰς πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ὡς ῥίζα ἀπὸ γῆς ἀδάτου. » ὁ δὲ Θεοδοσίω· « καὶ ἀναδῆσεται ὡς θηλάζον ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ὡς ῥίζα ἐν γῆ διψώση. » Διὰ γὰρ τούτων μνημονεύσας ὁ προφήτης τοῦ βραχίονος τοῦ Κυρίου, ὃς ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, « Ἐνώπιον αὐτοῦ, » φησὶν, « ἀνηγγελαμέν ὡς παιδίον θηλάζον καὶ τιτιθίζομενον, καὶ ὡς ῥίζαν ἀπὸ γῆς ἀδάτου. » Τὸ μὲν οὖν παιδίον τὸ τιτιθίζομενον καὶ θηλάζον ἀντικειρὸς τὴν γένεσιν τοῦ Χριστοῦ δηλοῖ · ἡ δὲ γῆ ἀδάτος καὶ διψώσα τὴν ἀποκυψασαν αὐτὸν παρθένον, ἣ οὐδεὶς ἀνὴρ ἐπιτέθεικεν, ἀφ' ἧς, καίπερ ἀδάτου τυγχανούσης, προῆλθεν ἡ εὐλογημένη ῥίζα, καὶ τὸ τιτιθίζομενον καὶ θηλάζον παιδίον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπεσκιασμένως ἠνέξατο · γυμνότερον δὲ ὁ αὐτὸς ἐρμηνεύει προφήτης τὴν διάνοιαν, ἐπ' ἃν λέγῃ · « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται, υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Τοῦτο γὰρ ἐρμηνεύει τὸ « Ἐμμανουήλ. » Τοιαῦτα περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους γενέσεως τοῦ Χριστοῦ πάλαι πρότερον παρ' Ἑβραίοις μεμελετάσθω. Μῆτι οὖν ἐπίδοξόν τινα δυνάστην, ἢ τύραννον, ἢ τινα ἄλλως τῶν τὰ μεγάλα κατὰ τὸν βίον δυναμένων, τὸν προφητευόμενον ὑπογράφουσιν; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν · ὅτι μὴδὲ ἐφάνη τοιοῦτος. Ἄλλ' οἷος ἐφάνη τῷ βίῳ, τοιοῦτον αὐτὸν καὶ θεόσπισαν ἔσεσθαι, τῆς ἀληθείας κατ' οὐδὲν ἀπολαετιμμένοι. Εἰπὼν δ' οὖν ὁ Ἰσαίας · « Ἀνηγγελαμέν ἐνώπιον αὐτοῦ, ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῆ διψώση. » ἐξῆς συνάπτει λέγων · « Οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ οὐδὲ δόξα · καὶ εἶδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος · καὶ ἦν τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλείπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἀνθρώπος, ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδῶς φέρειν μαλακίαν, ἡτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. » Τί οὖν λέιπεται ἐπὶ τούτοις; Εἰ γὰρ προείπον αὐτοῦ φυλὴν, καὶ γένος, καὶ τρόπον γενέσεως, καὶ τῆς

³⁷ Isa. xlii, 4. ³⁸ ibid. 4. ³⁹ Isa. xi, 10. ⁴⁰ II Reg. vii, 12. ⁴¹ Psal. lxxviii, 27, 28. ⁴² Psal. lxxi, 8. ⁴³ ibid. 11, 17. ⁴⁴ Mich. v, 2. ⁴⁵ Isa. liii, 1, 2.

(1) Mss., Τῆς δὲ γενέσεως αὐτοῦ τὸ θαῦμα, ποτὲ μὲν δι' αἰνιγμάτων, ποτὲ δὲ καὶ λευκότερον ὁ Ἰσαίας

παρίστησι, δι' αἰνιγμάτων μὲν, κ. τ. λ., et sic legit interpret.

Παρθένου τὸ θαῦμα καὶ βίου τρόπον, ἀκόλουθον ἦν ἄξις μὴδὲ τὴν τελευταίην ἀποσιωπῆσαι αὐτοῦ. Τί οὖν καὶ περὶ ταύτης Ἥσαϊας θεοπίττει; « Ἄνθρωπος, φησὶν, ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνοι καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάχισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν, τῷ μύλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς λάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἀμαρτίαις ἡμῶν· καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντι τοῦ κείροντος ἀφώνως, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα· τὴν γενεάν αὐτοῦ τίς διηγῆσεται; ὅτι ἀφρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· » καὶ τὰ λοιπὰ. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων, ὡς ἄρα ὁ Χριστὸς, ἐκτὸς πάσης ὑπάρχων πλημμελείας, τὰς ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀμαρτίας εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεται. Διὸ καὶ πείσεται τὰ τῶν ἡμαρτηκότων καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνηθήσεται, ἀλλ' οὐκ ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Εἰ δὲ καὶ τραυματισθήσεται λόγοις βλασφημίας, καὶ τοῦτ' ἔργον ἔσται τῶν ἡμετέρων ἀμαρτιῶν· ἐπεὶ καὶ μεμαλάχισται διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν, ὅπως ἡμεῖς, ἀνελήφτορας αὐτοῦ τὰ ἡμέτερα ἀμπλακῆματα, καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας κακίας τραύματα, τῷ μύλωπι αὐτοῦ λαθῶμεν. Καὶ τὰ μὲν αἴτια ὧν παρ' ἀνθρώποις πείσεται ὁ ἀναμάρτητος, ταῦτα ἦν. Ἰουδαίων δὲ τῶν τὸν θάνατον αὐτῷ συσκευασαμένων οὐδὲ ὑπειδόμενος ὁ Θεομάρτυς προφήτης, διαβρήδην ἀπελέγχει, καὶ τοῦτο ἀντικρυς σχετιάζων καὶ λέγων· « Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἤχθη εἰς θάνατον. » Ἐἶτ' ἐπεὶ παραχρῆμα, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν ὁ παντελής αὐτοὺς μετῆλθεν βλεθρος πολιορκηθέντας ὑπὸ Ῥωμαίων, οὐδὲ τοῦτο παριδὼν, ἐπιλέγει· « Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ θανάτου αὐτοῦ. » Ἦρκει μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἐπιγράψαι τὴν προφητείαν, εἰ μὴδὲν τι πλέον ἔσσεσθαι μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ τελευταίην ἐώρα· ἐπεὶ δὲ ὅσον οὕτω ἐμελλε μετὰ τὴν τελευταίην, ἢ μετὰ τὴν ταφὴν παλιννοστεῖν καὶ ἀναδιοῦν, ἔτι περὶ αὐτοῦ καὶ ταῦτα προστίθωσιν, ἐξῆς ἐπιλέγων· « Καὶ Κύριος βούλεται καθαρῆσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. Ἐὰν δῶτε περὶ ἀμαρτίας, ἢ ψυχῆ ὑμῶν βλάψεται σπέρμα μακρόδιον· καὶ βούλεται Κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι ἀπ' αὐτοῦ φῶς. » Ἀνώτερον εἰπὼν, « Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν » νῦν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ καὶ τὴν ταφὴν, « Κύριος, » φησὶ, « βούλεται καθαρῆσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. » Καὶ πῶς ἔσται; « Ἐὰν δῶτε, » φησὶ, « περὶ ἀμαρτίας, ἢ ψυχῆ ὑμῶν βλάψεται σπέρμα μακρόδιον· » οὐ πᾶσι γὰρ ἐφέρεται τὸ μακρόδιον τοῦ Χριστοῦ σπέρμα συνιδεῖν, ἢ μόνους τοῖς ἐξομολογησαμένοις καὶ τὰ δῶρα τὰ ὑπὲρ ἀμαρτιῶν προσάγουσι τῷ Θεῷ. Μόνων γὰρ τούτων ἢ ψυχῆ βλάψεται σπέρμα μακρόδιον τὸ τοῦ Χριστοῦ, ἦτοι τὴν

A Nobiscum Deus, hoc enim significat « Emmanuel⁴⁴. » Talia de Christi apud homines origine antiqui Hebræorum prophetæ meditabantur. Nunquid igitur illustrem quemdam principem, aut tyrannum, aut alioqui unum eorum, qui plurimum possunt in vita, eum de quo vaticinantur describunt? non potest dici: quoniam ne apparuit quidem aliquid tale. Sed qualis ipse visus est vita, talem item eum fore cecinerunt, hac utique in re nihil a veritate aberrantes. Postquam ergo Isaias dixit: « Annuntiavimus coram eo, quasi puerulus, quasi radix in terra sitiendi⁴⁵, » deinceps adjungit, dicens: « Non est species ei, neque gloria: et vidimus eum, et non habuit speciem neque pulchritudinem: et fuit species ejus sine honore deficiens præ filiis hominum. Homo cum plaga esset, sciens ferre languorem contemptus est, et non computatus⁴⁶. » Quid ad hæc igitur superest? Nam cum illius et tribum, et genus, et modum nascendi, et Virginis miraculum, et vitæ morem prædixerint, sequitur deinceps, ut ne mortem quidem ejus taciti præterierint. Sed quid tandem canit etiam de hac Isaias? « Homo, inquit, cum in plaga esset, sciens ferre languorem, contemptus est et non computatus: hic peccata nostra fert, et pro nobis est in dolore, et nos existimavimus eum esse in labore, et in plaga, et in afflictione: ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras. Doctrina pacis nostræ super eum, livore ejus nos sanati sumus. Omnes tanquam oves erravimus, et Dominus tradidit eum peccatis nostris: et ipse cum vexaretur, non aperiebat os suum. Quasi ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente non aperuit os: generationem ejus quis enarrabit? quoniam tollitur de terra vita ejus⁴⁷, » et reliqua. Nam his verbis significat Christum ipsum quidem, quamvis ab omni peccato alienum, tamen peccata hominum pro ipsis hominibus in seipsum suscepturum. **99** Quocirca etiam ea patietur, quæ qui peccaverint pati solent, et pro nobis dolebit, non autem pro seipso. Quod si vulnerabitur et verbis probrosis ferietur, hoc item nostrorum peccatorum causa fiet: nam infirmus quoque factus est propter peccata nostra, ut nos videlicet, cum ille delicta nostra, nostræque malitiæ vulnera assumpserit, ejus livore sanemur: et eorum quidem quæ ille insons ab hominibus passurus erat, hæc fuerunt causæ: Judæos autem qui illi mortem attulerunt, nusquam veritus propheta mirabilis, hoc ipsum quoque perspicue redarguit, plane deplorans, ac dicens: « Ex iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem⁴⁸. » Deinde vero, quoniam cito, neque ita multo post nefarios adversus Christum ausus, extremus ad illos ex obsidione Romanorum interitus erat venturus, ne hoc quidem præterit silentio, sed adjungit: « Et dabo sceleratos pro sepultura ejus, et divites pro morte ejus⁴⁹: » et poterat quidem his

⁴⁴ Isa. vii. 14. ⁴⁵ Isa. liii. 2. ⁴⁶ ibid. 2-4. ⁴⁷ ibid. 4-8. ⁴⁸ ibid. 8. ⁴⁹ ibid. 9.

prophetiam terminare, si nihil amplius futurum post Christi mortem vidisset, sed quoniam, brevi mora interjecta, erat a morte sive a sepultura remigraturus, atque in vitam restituendus, de hac quoque re deinceps hæc addit, sic dicens : « Et Dominus vult purgare eum a plaga si traditus, sit pro peccato. Anima vestra videbit semen longævum : et vult Dominus auferre a labore animæ ejus, ut ostendat ei lucem⁸⁰. » Qui superius dixit : « Homo in plaga constitutus, » et « qui novit ferre languorem, » nunc post mortem ejus et sepulturam : « Dominus, inquit, vult purgare eum a plaga, » et qui hoc fiet? « si traditus, inquit, fuerit pro peccato, anima vestra videbit semen longævum ; » non enim omnibus concessum est longævum Christi semen intueri, sed iis solis qui conflteantur, et munera offerant Deo pro peccatis. Horum enim duntaxat anima videbit semen longævum Christi, hoc est, aut æternam vitam ejus post mortem, aut ejusdem verbum per totum terrarum orbem disseminatum, quod longævum futurum est, semperque duraturum. Rursus, qui superius dixerat : « Et nos putavimus illum esse in labore : » nunc post eandem mortemque ejus, ait : « Et vult Dominus auferre a labore animæ ejus, ut ostendat ei lucem. » Quoniam igitur deliberavit Dominus, qui Deus est universi purgare illum a plaga, **100** et ostendere in lucem : necessario utique, qui voluit, et faciet quod voluit. Nihil enim est eorum quæ vult quod non fiat : voluit autem purgare illum, et ostendere illi lucem ; fecit igitur hæc : et cum purgaverit illum, ostendit illi lucem : et quoniam voluit, et volens abstulit laborem ab anima illius, et ostendit illi lucem, merito Propheta sequitur, et ait : « Propter hoc ipse hæreditabit multos, et fortium dividet spolia⁸¹ : » ubi (quod reliquum fuit) jam hæreditatis etiam Christi mentionem facit, illi psalmo consentanea dicens, in quo de insidiis adversus illum constructis nominatim canens oraculum, ubi ait : « Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus⁸² ; » deinceps adjungit : « Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te : postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ⁸³. » Has igitur gentes, etiam propheta intellexit, cum dixit : « Propter hoc ipse hæreditabit multos, » et adjungit : « Et fortium dividet spolia. » Siquidem a potestatibus contrariis, quæ prius inter gentes dominabantur, ubi subjectas animas liberavit, tum quasi spolia quædam suis divisit discipulis. Proinde Isaias ait de illis : « Et lætabuntur coram te, sicut qui dividunt spolia⁸⁴. » Et Psalmorum auctor : « Dominus, inquit, dabit verbum evangelizantibus virtute multa : rex virtutum dilecti, speciei domus dividere spolia⁸⁵. » Merito igitur hic quoque de Christo ait : Propter hoc ipse

αἰώνιον ζωῆν αὐτοῦ, τὴν μετὰ τὸν θάνατον, ἢ τὸν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐπισπαρέντα αὐτοῦ λόγον μακρόβιον ἐσόμενον, καὶ εἰς τὸ αἰεὶ διαρκέσοντα. Πάλιν ἀνώτερον εἰπὼν, « Καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, » νῦν μετὰ τὴν σφαγὴν καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ, φησὶν· « Καὶ βούλεται Κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς. » Ἐπεὶ τοίνυν βεβούληται Κύριος, ὁ τῶν ὄλων Θεὸς καθαρῶσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς, καὶ δεῖξαι αὐτῷ φῶς, πάντως που βουλήθει, πράξειεν ἂν ὁ ἠθουλήθη. Οὐδὲν γὰρ ἐστὶν ὁ μὴ γίνεται ὧν βούλεται· ἐβουλήθη δὲ καθαρῶσαι αὐτὸν καὶ δεῖξαι αὐτῷ φῶς· ἐποίησεν ἅρα ταῦτα· καὶ καθαρῶσας αὐτὸν ἔδειξεν αὐτῷ φῶς. Καὶ ἐπεὶ ἐβουλήθη, καὶ βουλήθει ἀφέλε τὸν πόνον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ φῶς, εἰκότως ὁ Προφήτης ἐπισυνάπτει, λέγων· « Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα. » Ἐνθα λοιπὸν ἦδη καὶ τῆς κληρονομίας τοῦ Χριστοῦ μέμνηται τῷ δευτέρῳ συμφώνως ψαλμῷ, δι' οὗ περὶ τῆς ἐπιβουλῆς τῆς κατ' αὐτοῦ συσκευασθείσης ὀνομαστὶ θεσπίσας ὁ λόγος ἐν τῷ, « Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἀρχόντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ἐξῆς ἐπιλέγει· « Κύριος εἶπε πρὸς μέ· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἰτησαί παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Ταῦτα δ' οὖν τὰ ἔθνη καὶ ὁ προφήτης ἠνέλετο εἰπὼν· « Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς· » καὶ ἐπιλέγει· « Καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα. » Τῶν γὰρ δυνάμεων τῶν ἀντικειμένων, αἱ πάσαι τῶν ἐθνῶν ἤρχον, τὰς ὑποχειρίλους βυσάμενος ψυχὰς, οἷα δὴ τινα σκῦλα, τοὺς οἰκείους διένειμε μαθηταῖς. Διὸ φησὶν ὁ Ἰσάιας περὶ αὐτῶν· « Καὶ εὐφρανθήσονται ἐνὸπιόν σου διὰ τὸν τρόπον οἱ διαιρούμενοι σκῦλα. » Καὶ ὁ Ψαλμῶδός· « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ· ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ, τῇ ὠραιότητι τοῦ οἴκου διελέσθαι σκῦλα. » Εἰκότως τοιγαροῦν καὶ ἐνταῦθα περὶ τοῦ Χριστοῦ φησὶν· « Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα. » Διὰ ποῖον δὲ τοῦτο, πάλιν ἐξῆς διδάσκει, φησας· « Ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἀμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε· καὶ διὰ τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη. » Ἀντὶ τούτων γὰρ ἀμειβόμενος αὐτὸν ὁ Πατὴρ τῆς ὑπακοῆς καὶ τῆς ὑπομοχθῆς ἔνεκα, δεδώρηται αὐτῷ τὰ ἐγκείμενα. Γέγονε γὰρ ὑπήκοος τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου· διὸ καὶ κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ οὐ πρότερον, ἀλλὰ μετὰ τὸ παραδοθῆναι εἰς θάνατον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις λογισθῆναι, θεσπίσεται. Διὰ ταῦτα γὰρ εἴρηται κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ τὰ σκῦλα. Ἡγοῦμαι δὲ ἀναμφιλόγως τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τοῦ προφητευσομένου διὰ τούτων παρίστασθαι. Πῶς γὰρ ἄλλως ἐπινοῆσαι δυνατόν ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἀχθέντα, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ θανάτῳ παραδοθέντα, καὶ μετὰ ἀνόμων

⁸⁰ Isa. LIII, 10. ⁸¹ ibid. 12. ⁸² Psal. II, 2. ⁸³ ibid. 7, 8. ⁸⁴ Isa. IX, 3. ⁸⁵ Psal. LXVII, 12.

λογισθέντα, ταφή τε παραδοθέντα· εἶτα καθαριζόμενον ὑπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ φῶς παρ' αὐτῆ ἄφόμενον, καὶ κληρονομοῦντα πολλοὺς, καὶ σκῦλα τοῖς οικείοις διανέμοντα; Καὶ ἄλλως δὲ περὶ τῆς μετὰ τὸν θάνατον ἀναβιώσεως αὐτοῦ λέγει που προφητεύων ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ ὁ Δαβὶδ· « Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχὴν μου εἰς ᾄδην, οὐδὲ δώσεις θάνατον ἵνα κεν καρθωρᾶν. » Καὶ πάλιν· « Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾄδου τὴν ψυχὴν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. » Καὶ πάλιν· « Ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, ὅπως ἂν ἐξαγγελῶ πάσας τὰς αἰτήσεις σου. » Τούτοις δὲ πᾶσιν ἀντιδίδεσθαι δύνασθαι οὐδὲ τοὺς σφόδρα ἀγνωμονεστάτους ἡγοῦμαι. Πλὴν ἀλλὰ τῆς Ἑσάτου προφητείας τὸ συμπέρασμα τὴν πάλαι στείραν καὶ ἔρημον Θεοῦ ψυχὴν, ἣ καὶ μᾶλλον τὴν ἐξ ἔθνῶν Ἑκκλησίαν εὐαγγελίζεται, ἀκολουθῶς τῆ θεωρίᾳ τῶν εἰρημένων. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ πάντα εἰ' αὐτῆν ὁ Χριστὸς ὑπέμεινε, εἰκότως μετὰ τὰς περὶ αὐτοῦ προρρήσεις ἐπιφέρει λέγων· « Εὐφράνθητι σείρα ἡ οὐ τίχουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Εἶπε γὰρ Κύριος· Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκητῆς σου καὶ τῶν αὐλαῶν σου, πῆξον, μὴ φεῖσῃ· πλάτυνον τὰ σχοινίσματά σου, καὶ τοὺς πασσάλους σου κατίσχυσον· ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον, καὶ τὸ σπέρμα σου ἔθνη κληρονομήσει. » Ἐνταῦθα δὲ τὴν ἐξ ἔθνῶν Ἑκκλησίαν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐξῆλωμένην καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν παρατείνουσαν ὁ λόγος εὐαγγελίζεται, σαφέστατα τοῦτο παριστάς διὰ τοῦ· « Καὶ τὸ σπέρμα σου ἔθνη κληρονομήσει. » Πλειονος δὲ ἐξεργασίας δεομένων τῶν κατὰ τὸν τόπον, ἀρκούντως ἐπὶ τοῦ παρόντος ταῦθ' ἡμῖν ἐπιτεταθήσθω. Πλειστα δ' ἂν καὶ αὐτὸς ἐπὶ σχολῆς ἀναλέξασθαι δύναται περὶ τοῦ προκειμένου. Καὶ ἡ παροῦσα δὲ πραγματεία τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως κατὰ καιρὸν ἕκαστα παραδίδεται τε καὶ ἐρμηνεύσει. Τέως δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς τῶν προφητῶν περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προρρήσεως, καὶ ὡς πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν παρουσίαν εὐηγγελίζετο, ἱκανῶς ἔχει τὰ εἰρημένα, προαναφωνοῦντα προφήτου τινὸς ἀριζιν, καὶ εὐσέβειαν νομοθέτου Μωϋσεὶ παρακλησίῳ, γένος τε αὐτοῦ, καὶ φυλῆν, καὶ τόπον ὅθεν προελεύσεται, χρόνον τε καθ' ὃν ἔξει, προφητεύεται καὶ γένεσιν, καὶ τελευτῆν, καὶ ἀναβίωσιν, καὶ ἀρχὴν τὴν κατὰ πάντων ἔθνῶν· ἃ δὴ πάντα παρέστη, καὶ ἐπὶ μᾶλλον διὰ τῶν ἐξῆς παραστήσεται ἐπὶ μόνον τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν συμπεπασμένα. Ἄλλὰ πᾶσα μὲν ἀπὸ τῶν ἱερῶν λογίων τοῖς πιστεύουσιν αὐτοῖς παρατεθήσεται· τοῖς δ' ἀπειθοῦσι ταῖς προφητικαῖς Γραφαῖς ἰδίως ἀπαντήσομεν, ὡς περὶ ἀνδρός κοινῶ, καὶ τοῖς λοιποῖς παραπλησίῳ τέως τὴν ἐξέτασιν ποιοῦμενοι· ἵνα, ὅποταν πάντων τῶν ἐξ αἰῶνος βοηθέντων ἐν ἀνθρώποις, πολὺ κρείττων ἀσυγκρίτως ὑπεροχῆ καὶ διαφέρων ἀναφανῆ, τοτηνικάδε καὶ τὰ περὶ τῆς θειοτέρας αὐτοῦ φύσεως κατὰ καιρὸν διαλάωμεν, ἐξ ἐναργῶν τῶν ἀποδείξεων παριστῶντες, ὡς

A hæreditabit multos, et fortium dividet spolia. Quam autem ob rem hoc illi datum sit, docet deinceps, ubi ait : « Pro eo quod tradita est in mortem anima ejus, et cum iniquis deputatus est : et ipse peccata multorum tulit, et propter peccata eorum traditus est ⁹⁶. » Pro his enim remunerans illum Pater, eo quod dicto audiens fuerit sustinueritque, donavit illum iis quæ exposita sunt. Factus enim est obediens Patri usque ad mortem : quare multorum quoque hæreditatem consecuturum illum cavit, non prius tamen quam tradita fuerit anima ejus in mortem, et cum iniquis sit deputatus. Propter hæc enim dictum est, illum hærediturum multos, et fortium divisurum spolia. Puto autem indubitate reversionem ejus a mortuis significari talibus oraculis : B **101** qui enim fieri potest, ut aliter de eo intelligamus, qui tanquam ovis ad occisionem sit ductus, et ab iniquitatibus Judaici populi traditus sit ad mortem, et cum iniquis deputatus, sepulturæque commendatus, deinde purgatus a Domino? et lucem penes se visurus sit, et multorum hæreditatem consecuturus, et suis spolia divisurus? Sed aliter quoque de illius reditu in vitam, post mortem dicit quodam loco vaticinans David ex persona Christi : « Non relinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem ⁹⁷. » Et alibi : « Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum ⁹⁸. » Et alibi : « Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas ⁹⁹. » Contra omnia hæc intendere ullam aciem, ne inimicissimos quidem atque ingrattissimos posse arbitror. Verum tamen ejus prophetiæ conclusio, cujus auctor Isaias, sterilem illam quondam et desertam a Deo animam, aut potius Ecclesiam de gentibus collectam, lætis vocibus, bonoque nuntio prosequitur, cum illis utique recordans, quæ jam contemplati sumus. Nam cum propter eam Christus omnia pertulerit, merito post ea, quæ de illo prædixit, adjungit : « Lætare, inquit, sterilis quæ non paris, vociferare et clama, quæ non parturis : quoniam multi filii desertæ magis, quam ejus quæ habet virum. Dixit enim Dominus : Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum fige, ne parcas : dilata funiculos tuos, et clavos tuos corrobora : amplius ad dextram et ad sinistram extende, et semen tuum gentes hæreditabit ¹⁰⁰. » His autem verbis Ecclesiam de gentibus collectam, et toto orbe terrarum diffusam, et ab ortu solis ad occasum extentam, oraculum lætari jubet, planissime hoc ipsum significans, ubi ait : « Et semen tuum gentes hæreditabit. » Cum autem longiorem explanationem desiderent ea, quæ ad hunc locum spectant, abunde nobis hæc compendii locum explebunt. Nam tu quoque per otium multa plura colligere poteris, quæ ad ideam propositum spectent. Sed ipsum quoque evangelicæ demonstrationis propositum quod nunc in

⁹⁶ Isa. LIII, 12. ⁹⁷ Psal. xv, 10. ⁹⁸ Psal. xxiv, 4.

⁹⁹ Psal. ix, 15. ¹⁰⁰ Isa. liv, 1-3.

manibus est, tradet suo tempore atque interpretabitur singula. Interim vero quod ad prædictionem divinationemque propheticam de Salvatore nostro pertinet, quodque item ad id quod ea prædictio omnes homines eorum bonorum **102** adventu gaudere jubebat quæ expectabantur, iis quæ jam dicta sunt contenti esse possumus : quæ quidem plane enuntiant prophetæ cujusdam adventum, et legum auctoris pietatem qui Mosi similis futurus sit, necnon ejusdem genus, et tribum, et locum unde præterea et ortum, et mortem, et reditum in vitam, et principatum in omnibus gentibus, quæ sane jam evenere omnia : et magis etiam deinceps ex iis, quæ dicentur constabit, in uno Salvatore ac Domino nostro ea finem accepisse. Sed hæc quæ de sanctis oraculis accepta vides, iis qui credunt, exposita sunt : iis autem qui non credunt, seorsum obviam scriptis prophetis ibimus, atque interim tanquam de communi viro, et qui reliquis fuerit similis inquiremus : ut cum omnibus qui unquam a condito ævo inter homines celebrati sint, multo præstantior et incomparabili quadam eminentia superior apparuerit, cum ea quoque quæ ad divinorem ejus naturam spectant pertractemus : et quod virtus quæ in illo erat nulla humana natura constaret, certissimis demonstrationibus comprobemus : ordine deinceps sequetur, ut ea proponamus contemplanda pro viribus, quæ ad eam theologiam pertinent, quæ illum complexa est. Quoniam igitur major pars eorum qui non credunt, vocant illum præstigiatorum ac seductorem, aliasque innumerabiles calumnias in illum execrabiliter jactant, ac ne nunc quidem desinunt ejusmodi probra conflagere, tempus jam videtur esse ut etiam istis respondeamus, de nostro quidem nihil afferentes, sed de doctrina quam ipse publicavit assumentes, quod hic apponamus.

III. Adversus eos qui Christum Dei seductorem fuisse existimant. Β Γ. Πρὸς τοὺς πλάνον ὑπειληφότες γεγονέναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

Interrogandi igitur sunt, num quis unquam alius huic similis seductor ex historiis ipsorum proferri possit, qui mansuetudinis, probitatis, temperantiæ, omnisque reliquæ virtutis iis quos seduxerit magister et auctor exstiterit : et utrum fas sit iis nominibus vocare eum : qui ne intueri quidem mulierem cum petulanti cupiditate permittit : et num is seductor, qui summum philosophiæ fastigium tradiderit, discipulosque suos docuerit, quæcunque possideant bona, indigentibus imperitari, et laboris studium ac beneficentiam **103** plurimi facere : et utrum seductor is, qui in multitudine populari, in plebeio turbulentoque grege versari prohibet, solum autem rerum divinarum studium sua doctrina commendat. Qui porro fieri potest, ut is merito nominetur seductor, qui et ab omni mendacio deterreat, et ad veritatem præter cuncta alia amplectendam adhortetur ? ut ne jure quidem jurando velit nos indigere ? quanto autem minus perjurio ? « Sit enim sermo vester : Est, est : non, non ⁶¹ : » et quid in plura colligere oportet, cum ex iis, quæ jam dicta sunt, plane liceat discere, quodnam fuerit ejus reipublicæ institutum, quæ ab illo inter homines ad vitæ utilitatem disseminata est ? ex qua, non modo non seductorem, sed vere divinum quemdam, et divini pietatemque amplexæ philosophiæ, non communis illius et vulgaris introductorem, omnis veritatis amator sit confessurus. Nam quod illud vivendi **D** institutum, quo Hebræorum antiquissimi, Dei amici, viri utebantur, quodque jam ex hominibus

Α οὐκ ἀνθρωπιᾶς ἄρα ἦν φύσεως ἡ περὶ αὐτὸν δύναμις· οἷς ἀκολουθεῖς καὶ τὰ τῆς κατ' αὐτὸν θεολογίας, ὡς οἶόν τε ἐστὶν ἡμῖν ἐποπτεῦσαι, ποιησόμεθα. Ἐπαιτοῖνον τῶν ἀπίστων οἱ πλείους γόγητα καὶ πλάνον ἀποκαλοῦντες, καὶ μυρίαὶ ἄλλαι κακῆγορίαι βλασημοῦντες αὐτὸν, οὕτω καὶ νῦν παύονται, φέρε, καὶ πρὸς τοὺτους ἀποκρινόμεθα, οἴκοθεν μὲν οὐδὲν, ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν αὐτοῦ φωνῶν, καὶ ἧς παρέδωκε διδασκαλλὰς τὰς παραθέσεις ποιούμενοι.

Πευστέον δὲ αὐτῶν ἐπιπέτε τις ἄλλος τοιοῦτος πλάνος ἰσθόρηται πράθητος, καὶ ἐπεικειᾶς, σωφροσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς διδάσκαλος τοῖς ἀπατωμένοις γεγονώς αἴτιος· καὶ εἰ θεμιτὸν τοῖς ἀποκαλεῖν τοῖς ὀνόμασι τὸν μηδὲ ἐμβλέπειν μετὰ ἐπιθυμίας ἀκολάστου γυναιξίν ἐπιτρέψαντα· καὶ εἰ πλάνος ὁ τὴν εἰς ἄκρον παραδοὺς φιλοσοφίαν ἐν τῷ τοῦ φοιτητᾶς παιδεύειν τῶν ὑπαρχόντων ἐνδέσει κοινωνεῖν, καὶ τὸ φιλόπονον καὶ κοινωνικὸν περὶ πολλοῦ τίθεσθαι· καὶ εἰ πλάνος ὁ τῆς πανδήμου, καὶ ἀγελαίου, καὶ θυροβύδου συνουσίας ἀνεγείρων, διδάσκων δὲ μόνην ἀσπάζεσθαι τὴν περὶ τὰ θεῖα λόγια σχολήν. Ὁ δὲ παντὸς μὲν ψεύδους ἀποτρέπων, τὴν δ' ἀλήθειαν πρὸ παντὸς τιμᾶν παραινῶν ὡς μηδ' εὐορκίας δεῖσθαι, πολλοῦ δεῖ ἐπιορκεῖν· « Ἐστω γὰρ ὑμῶν τὸ Ναὶ ναὶ, τὸ οὐ οὐ· » πῶς ἂν πλάνος ἐνδίκως ὀνομασθεῖ; Καὶ τί με χρὴ πλείονα νῦν λέγειν, παρὸν ἐκ τῶν πρόσθεν εἰρημένων τίς ποτε ἦν τρόπος γυνῶναι τῆς ὑπ' αὐτοῦ καταπαρείσης τῷ βίῳ πολιτείας, ἀφ' ἧς οὐκ ὅπως πλάνον, ἀλλὰ τινὰ θεῖον ὡς ἀληθῶς, καὶ θείας, καὶ εὐσεβοῦς, ἀλλ' οὐ τῆς κοινῆς καὶ πανδήμου φιλοσοφίας εἰσηγητὴν πᾶς ὁ φιλαλήθης αὐτὸν ὁμολογήσει ἂν; Τὸν γοῦν βλόν τῶν πάλαι θεοφιλῶν Ἑβραίων ἦδη πως ἐξ ἀνθρώπων ἀπολωλὸτα μόνος ἀνανεωσάμενος, οὐκ εἰς βραχεῖς καὶ μετρίους, ἀλλ' εἰς ὅλον ἐφαπλώσει τὸν κόσμον ἀποδέδεικται διὰ τοῦ πρώτου συγγράμματος τῆς παρουσίας ὑποθέσεως· δι' οὐ πάρεστιν ἀνθρώποις ἐπὶ σπείρας τοῖς κατ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὸν τῶν θεοφιλῶν ἐκεῖνων ἀμφὶ τὸν Ἀβραάμ μυρίους τε ὄσους ζηλωτὰς οὐκ ἐξ Ἑλλήνων μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων

⁶¹ Matth. v. 37.

τῆς ἐκείνων θεοσεβοῦς πολιτείας ἀποδείξει. Ἄλλὰ τὰ μὲν ἠθικώτερα τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τοιαῦτα. Φέρε βὲ σκεψώμεθα μὴ ἄρα ποτὲ ὁ πλάνος αὐτῷ περὶ τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων κατεγίνετο. Ἄρ' οὖν οὐχὶ μόνῳ τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ τῷ καὶ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργῷ αὐτὸς τε ἀνακείμενος καὶ τοὺς φοιτητὰς προσάγων ἀναγέγραπται; Εἰσέτι τε καὶ δεῦρο οἱ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ λόγοι πάντα Ἑλληνα καὶ βάρβαρον ἄνω τὴν διάνοιαν πρὸς τὸν ἀνωτάτω Θεὸν ἀνάγουσι, πᾶσαν ὄρατὴν φύσιν ὑπερέψαντα. Ἄρα οὖν μὴ οὕτως ἦν ὁ πλάνος, ἢ οἷ μὴ καὶ πλείους σέβειν θεοὺς ἐκ τῆς ἀνωτάτω καὶ μόντης ἀληθοῦς θεολογίας τὸν ὡς ἀληθῶς πλάνον τραχηλισθέντα συγχωρεῖ; Ἄλλ' οὗτος οὐ νεώτερος, οὐδ' οἰκείος αὐτῷ λόγος, τοῖς δ' ἐκ μακροῦ πάλιν θεοφιλέσιν Ἑβραίοις προσφιλέσιν, ὡςπεροῦν δέδεικται διὰ τῆς Προπαρασκευῆς, παρ' ἧν ἤδη καὶ τῶν νέων φιλοσόφων παῖδες τὰ μεγάλα ὠφελήμενοι, τῷ δόγματι συνηρέστησαν. Σεμνύονται γὰρ οἱ καὶ αὐτῶν Ἑλλήνων εἰ λογώτατοι ἐπὶ χρησιμῶς τῶν οἰκείων θεῶν, ὡδὲ πᾶς Ἑβραίων μνημονεύουσιν·

deos ex suprema et sola vera theologia eum, qui uti? at hic non recens, neque illius proprius sermo, bræis consuetus, quemadmodum et in *Præparatione* philosophi magnam utilitatem acceperint, ipsum doctrinæ genus comprobaverunt. Cæterum ipsorum etiam 104 Græcorum doctissimi suorum deorum mentionem facientibus :

Μοῦνοι Καλδαῖοι σοφίην λόγον, ἡδ' ἄρ' Ἑβραῖοι, Αὐτογένεθλον ἀνακτα σεβαζόμενοι Θεὸν ἀγνώως.

Κελδαίους δὲ τοὺς αὐτοὺς διὰ τὸν Ἀβραάμ ὠνόμασιν, ἐπεὶ Καλδαῖος ἦν τὸ γένος, ὡς ἱστορεῖται. Εἰ δὲ οὖν καὶ πρόπαλαι παῖδες Ἑβραίων τῶν δὴ μάλιστα, καὶ πρὸς τῶν χρησιμῶν ἐπὶ σοφίᾳ μεμαρτυρημένων ἐπὶ μόνον τὸν πάντων δημιουργὸν Θεὸν ἀνῆγον τὸ σέβας· τί δὲ πλάνον, οὐχὶ δὲ θαυμαστὸν εὐσεβείας διδάσκαλον ὁμολογεῖν τοῦτον; ὅς τὰ πρόπαλαι μόνος τοῖς θεοφιλέσιν Ἑβραίοις ἐγνωσμένα εἰς πάντας ἀνθρώπους ἀοράτῳ καὶ ἐνθέῳ δυνάμει προαγαγῶν ἐξήπλωσεν· ὥστε μηκέτι κατὰ τὸ παλαιὸν βραχεῖς τινὰς καὶ ἀριθμῷ ληπτῶς ὀρθῶς περὶ Θεοῦ φέρειν δόξας, ἀλλὰ μυρία πλήθη βαρβάρων τῶν πάλαι θηρωδεσάτων, λογίων τε καὶ Ἑλλήνων ἀνδρῶν, οἱ τοῖς πάλαι προφήταις καὶ δικαίοις ἀνδράσιν εὐσεβεῖν ὁμοίως διὰ μόντης τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐπαιδεύθησαν. Ἄλλ' ἡ δὲ τὸ τρίτον σκεψώμεθα, μὴ ποτ' ἄρα τοῦτ' ἦν δὲ ὁ πλάνος αὐτὸν φησιν, ὅτι μὴ βουθυσιὰς μηδὲ ζῶντων ἀλόγων σφαγαῖς μηδ' αἵμασι καὶ πυρὶ, μηδὲ τοῖς ἀπὸ γῆς ἀναθυμιωμένοις τὸ θεῖον τιμᾶν διετάξτε. Ταπεινὰ μὲν καὶ γεῶδη ταῦτα καὶ τῆς ἀθανάτου φύσεως οὐδαμῶς οἰκεία λογισάμενος, κρίνας δὲ πάτης θυσιᾶς προσηνεστάτην καὶ ἡδεῖαν εἶναι τῷ Θεῷ τὴν τῶν οἰκείων ἐντολῶν κατόρθωσιν, δι' ἧν αὐτῷ σώματι καὶ ψυχῇ κεκαθαρμένους, νῶ τε διαυγῆ καὶ δόγμασιν εὐσεβέσιν κεκοσμημένους, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἐξομοίωσιν ἀπομιμεισθαι ἐδίδαξες, διαβρότην φάσκων· « Ἔσεσθε τέλειοι, ὡς ὁ Πατήρ ὑμῶν τέλειός ἐστιν. » Εἰ δὲ ταῦτά τις Ἑλλήνων αἰτιῶτο, ἴστω μὴ φίλα τοῖς οἰκείοις διδακταῖς φρονῶν, οἷ γε,

A quodammodo interierat, solus ipse renovaverit, neque in paucos et modicos, sed in totum orbem difluderit, in primo hujus operis libro satis a nobis ostensum est : per quem utique licet hominibus jam turmatim in toto orbe, illius vitæ, religionemque amplexæ reipublicæ, quam et ipse Abraham et qui per idem tempus vixere sectati sunt, innumerabiles non solum ex Græcis, sed etiam ex barbaris, æmulatores ostendere. Et illius quidem doctrinæ pars quæ ad mores pertinet magis, ejusmodi. Nunc videamus utrum seductoris nomen, illi in eo genere præceptorum conveniat, quod maxime dominatur. Nonne igitur de illo palam scriptum est, quemadmodum soli omnium regi Deo, et cæli ac terræ, mundi que universi opifici, et ipse deditus fuerit, et commendare suos discipulos consueverit? Sed nonne etiam nunc illius doctrinæ præcepta omnes, et Græcos et barbaros ad supremum Deum sursum mente animoque percipiendum, et omnem visibilem naturam despiciendam extollunt? num igitur hic fuit seductor? an vero quod plures colere revera in errorem præceps sit lapsus non permit- sed ex multo tempore priscis Dei cultoribus He ostensum est, ex qua jam nunc cum recentes phi doctrinæ genus comprobaverunt. Cæterum ipsorum oraculis gloriantur, de Hebræis in hunc modum

Solis Chaldæis sapientia contigit, atque Hebræis, qui ex se genitum, regemque deumque Pura mente colunt, atque unum numen adorant.

C Chaldæos autem eosdem propter Abraham nominavit, qui, ut memorizæ proditum est, genere Chaldæus fuit. Si igitur etiam ab antiquis usque temporibus, Hebræi, qui maxime ab oraculis quoque sapientiæ testimonium acceperunt, in unum omnium rerum opificem Deum adorationem dirigebant, cur seductorem amplius, ac non potius mirabilem religionis magistrum, hunc jam fuisse fateamur? qui ea quæ quondam solis Dei amicis Hebræis cognita erant, in cunctos homines invisibili, divinaque virtute protulit ac delitavit? ut non amplius, sicut prius pauci quidam et numerabiles, rectas de Deo habeant opiniones, sed conventus innumerabiles tam hominum barbarorum, qui olim ferissimi erant, quam sapientium et Græcorum, qui antiquorum prophetarum, justorumque virorum religionem amplecti, sola illius virtute edocti sunt? Sed jam tertium illud contemplemur, num vere illum seductorem appellent, quod non sacrificiis boum, neque brutorum animalium mactationibus, neque cruoribus atque igne, neque iis rebus quæ de terra nascuntur incensis, divinitatem colere instituit : nempe humilia hæc et terrena, immortallique naturæ nullo modo convenientia existimans, judicansque omni sacrificio gratius jucundiusque Deo munus offerri, cum quis illius præcepta plene observaverit, per quæ ipso corpore, anima que purgatos, mente que nitida ac decretis religiosiis imbuitos, dum ea imitari docet, quæ similes Deo homi-

nes efficiant, suos palam instituit, dicens : « Estote perfecti, sicut Pater vester perfectus est ⁹². » Quod si quis Græcorum hæc reprehendat, is sciat se etiam præceptoribus suis contraria sentire, qui videlicet, ut par est, multa a nobis utilia edocti, quippe qui nobis etiam tempore fuerint posteriores, dico autem ea doctrina quæ nobis a Salvatore nostro exposita est, audi jam nunc qualia sint, quæ scripto fateantur.

105 Quod nihil eorum quæ de terra prodeunt, oportet summo Deo incendere aut sacrificare. Ex Porphyrio De abstinentia ab animalis.

« Deo summo, sicut quidam vir sapiens dixit, nihil eorum quæ ad sensus pertinent sive incendentes, sive denominantes (nihil enim est eorum, quæ materia constant, quod non protinus ei sit immundum, qui expers est omnis materiæ. Quare ne verbum quidem ullum, sive id dicas, quod in voce consistit, sive id quod intrinsecus concipi solet, cum animi aliquo vitio est contaminatum, illi conveniat), sed silentio puro, purisque de ipso cogitationibus illum colamus. Oportet igitur illi conjunctos similesque factos, hanc vitæ nostræ rationem Deo asferre pro sacrificio. Eadem vero et illius laudatio erit, et nostra conservatio : afferetur enim cum contemplatione hoc sacrificium perficitur. »

Item de eodem ex Apollonii Tyanensis Theologia.

420 Existunt quidem aliis quoque gloriosis et illustribus viris insolitarum stellarum ignes, ut earum quæ a quibusdam crinitæ vocantur, item quæ trabis, aut quæ barbæ similitudinem ferentes, utique etiam quarumdam aliarum his similia, quæ magnis imminentibus rebus solent existere. At enim quid tandem aut excellentius aut majus toti mundo unquam contigerit, quam quod per salutarem adventum omnibus illuxit mortalibus intelligentiæ lumen, quod et pietatis et veræ agnitionis Dei perceptionem animis rationalibus attulit, cujus gratia, ingens signum id, de quo antea dictum est, indicabat sidus, dum ingens et novum luminare quod totum illustravit mundum, Christum utique Dei omnibus significat? Eodem vero loco prophetia, et hominem et sidus futurum divinat, his verbis: « Exoriatur stella ex Jacob, et surget homo ex Israel, » utpote quæ et cœleste luminare Deum Verbum esse significet, et tamen eundem hominem appellet. Varie porro illum aliis quoque in locis et ortum simul, et lumen et solem justitiæ vocat, ut in prioribus libris ostendimus. Cæterum quod quidem in illo divinius est, tanquam id quod illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum, ortus vocabulo celebravit, in hunc modum: « Orietur stella ex Jacob. » Hominem vero eundem propter afflictionem ac mortem quam pertulit, tanquam eum qui ceciderat, surrecturum divinat, quibus similia de eodem Isaias canit: « Et erit radix Jesse, et qui surgit ut imperet gentibus: in eo gentes sperabunt²¹. » Et manifestum quidem est, quoniam modo Salvatoris nostri lumen de Jacob exortum, hoc est de Judaico populo, non ipsi Jacob unde profectum est, sed omnibus gentibus illuxerit. Hoc vero cum ex aliis plurimis prophetiis discere possumus, tanquam ad ipsum Christum dicentibus: « Ecce posui te in Testamentum generis, in lumen gentium²²; » tum etiam ex ipsius Balaam verbis, quæ sic habent: « Egredietur de semine ejus homo, et dominabitur gentibus multis²³. » Atqui de quoniam alio semine quam de Israel, ut facile constat ex ipsius orationis contextu? Proinde jam gentium dominatum accepto Salvatoris nostri Verbum, cum ipsa prophetia concordans, omnes quæcunque illis quondam imperabant, invisibiles et perniciosas potestates delevit, necnon spiritualia malitiæ catervamque dæmonicam, quæ ductores Moab, et Seth, et Edom, et 421 Esau, figuratus in iis quæ nunc tractamus, denominata sunt. Cum autem apud LXX obscurius positum sit illud: « Ostendam illi, sed

A πρὸ βῆθης ἐπληροῦτο πρὸς λέξιν ἐπὶ τῇ τοῦ προαναφωνηθέντος ἀστέρου ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφητεία. Γίνονται μὲν οὖν καὶ ἐφ' ἐτέρων ἐπιδόξων καὶ ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ξενιζόντων ἀστέρων ἐκλάμψεις, οἷον τῶν καλουμένων παρὰ τισὶ κομητῶν, ἢ δοκιδῶν, ἢ πωγωνιῶν, ἢ τινῶν ἐτέρων τοῦτοις παραπλησίων, ἐπὶ μεγάλοις πράγμασιν ἐξ ἔθους ἀναφανομένων. Ἀλλὰ τί γὰρ κρείττον ἢ μείζον τῷ παντὶ κόσμῳ γένοιτ' ἂν ποτε ἢ τὸ διὰ σωτηρίου ἐπιφανείας πᾶσιν ὑπάρξαν ἀνθρώποις νοερῶν φῶς, εὐσεβείας καὶ θεογνωσίας ἀληθοῦς κατάληψιν λογικαῖς ψυχαῖς νομιζόμενον; οὐ δὴ χάριν τὸ μέγα σημεῖον ὁ προφανῆς ἐδήλου ἀστὴρ, μέγαν καὶ νέον φωστῆρα ἐπιλάμψαντα τῷ παντὶ κόσμῳ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πᾶσιν αἰνιττόμενος. Κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ ἡ προφητεία

B ἀνθρωπον ὀμοῦ καὶ ἀστὲρα θεσπίζει δι' ὧν φησιν· « Ἀνατελεῖ ἀστὴρ ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραὴλ. » τὸν μὲν οὐράνιον φωστῆρα τὸν Θεὸν Λόγον εἶναι, τὸν αὐτὸν δὲ ἀνθρωπον ὀνομάζουσα. Διαφῶρος δὲ αὐτὸν καὶ ἐν ἐτέροις ἀνατολήν ὀμοῦ, καὶ φῶς, καὶ ἥλιον δικαιοσύνης ἀποκαλεῖ, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις ἀπεδείξαμεν. Εἶτα τὸ μὲν θεϊότερον αὐτοῦ, ὅτε φωτίζει πάντα ἀνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, τῷ τῆς ἀνατολῆς ἐπεφήμισε προσρήματι φήσας· « Ἀνατελεῖ ἀστὴρ ἐξ Ἰακώβ. » τὸν δὲ ἀνθρωπον διὰ τὸ συμβᾶν περὶ αὐτὸν πάθος, ὡς ἀνπεπτωκότα, ἀναστήσεσθαι θεσπίζει, ὁμοίως οἷς καὶ Ἡσαίας περὶ αὐτοῦ φησιν· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἀρχεῖν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιούσι. » Καὶ σαφές γε τίνα τρόπον τὸ φῶς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκ τοῦ Ἰακώβ ἀνατεῖλαν, τοῦ ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' οὐχὶ τῷ Ἰακώβ, θέν καὶ προῆλθεν, ἐξέλαμψε. Τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ πλείστων ἐτέρων πάρεστιν ἐκλαβεῖν προφητειῶν, ὡς πρὸς αὐτὸν ψακκουσῶν τὸν Χριστόν· « Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς Διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν. » οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν τοῦ Βαλαὰμ λόγων, δι' ὧν φησιν· « Ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἄνθρωπος, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν. » Τίνος δὲ ἐκ σπέρματος ἢ τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς ἡ σύμφρασις παρέστησε; καὶ δὴ κυριεύσει ἐθνῶν ὁ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Λόγος, ἀρχούσας ἀοράτους καὶ μοχθηρὰς δυνάμεις καθέλε, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, τὸ τε στίφος τὸ δαιμονικόν, ἀρχηγούς Μωάβ, καὶ Σὴθ, καὶ Ἐδὼμ, καὶ Ἡσαὺ τροπικώτερον ἐν τοῖς μετὰ

D χεῖρας ὀνομασμένα. Ἀσαφῶς δὲ κείμενον παρὰ τοῖς Ἐβδομήκοντα τὸ, « Δείξω αὐτῷ, καὶ οὐχὶ νῦν, μακαρίζω, καὶ οὐκ ἐγγίζει, » σαφέστερον ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξέδωκεν· « Ὁφθαλμοὶ αὐτὸν, καὶ οὐ νῦν, προσκοπῶ, ἀλλ' οὐκ ἐγγύς. » ὁ δὲ Σύμμαχος λευκότερον, φήσας· « Ὁρῶ αὐτὸν, ἀλλ' οὐκ ἐγγύς. » Λέγοιτο δ' ἂν ταῦτα ὑπὸ τοῦ Βαλαὰμ, ὡς μακροῖς ὕστερον μετ' αὐτὸν χρόνοις μαλλόντων ἐπιτελεσθήσεσθαι τῶν δηλούμενων· μετὰ γοῦν δισχλιστόν. Ἔτος τῆς προβήσεως ἐπληροῦτο ταῦτα, ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας.

²¹ Isa. xi, 10. ²² Isa. xlii, 6. ²³ Num. xxiv, 19.

nunc nunc, beatum dico, sed non appropinquat, idem illud apertius Aquila edidit: « Videbo illum sed non nunc, prospicio illum, sed non prope. » Symmachus autem, candidus: « Video, inquit, illum, sed non prope. » Dici vero hæc videntur a Balaam, tanquam longis deinceps post ipsum temporibus perficienda essent ea, quæ ab ipso canebantur: nam duobus millibus annorum post illud vaticinium completa sunt hæc, quo videlicet tempore Salvator noster cum hominibus versatus est.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαίου. — Ὡς ὁ Κύριος, ἐπιβὰς οὐρανὸν ἀνεβήσεται ἐξ ἀγίας Παρθένου σώματος, ἤξειν εἰς Αἴγυπτον ρητῶς τε καὶ κατὰ διάνοιαν ἐθεοσπίλειτο, πῦσά τε ἐπὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ καθαιρεθήσονται τῶν ἐθνῶν δαισδαμονία. A Ab Esaiæ. — Quemadmodum Dominus insistentem illud quod de sancta Virgine assumpsit corpus, venturus in Ægyptum et secundum verba, et secundum sententiam prædictus est, omnisque in ejus adventu evertenda gentium superstitio.

« Ἴδού Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλῃς κούφης, καὶ ἔξει εἰς Αἴγυπτον· καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἴγυπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἠττηθήσεται ἐν αὐτοῖς. » Τὸ δ' αἴτιον τοῦ τὸν Κύριον ἔξειν εἰς Αἴγυπτον θεσπιζέσθαι, τὸδε μοι εἶναι δοκεῖ. Πρῶτος μὲν πάντων Αἴγύπτιοι τῆς πολυθέου καὶ δαιμονικῆς πλάνης ἀπάρξασθαι λέγονται, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν ἀνθρώποις αἴτιοι καταστήναι δεισδαμονίας, ἀλλὰ καὶ πάντων μᾶλλον περὶ τὰς δαιμονικὰς ἐνεργείας τε καὶ περιεργείας ἠσυχολῆσθαι· οὗτοι δὲ καὶ ὑπὸ τῆς ἐνθέου Γραφῆς ἐχθροὶ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ ἀνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς γεγενῆσθαι μεμαρτύρηται· καὶ ὁ γε παλαιὸς αὐτῶν βασιλεὺς ὀμολογῶν μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον ἀναγράφεται, ὅτε θῆ ἔφασκεν· « Οὐκ οἶδα τὸν Κύριον, καὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐκ ἐξέπιστελῶ. » Τὸ δὲ οὖν μέγα θαῦμα τῆς ἐνθέου τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως παραστήσασθαι βουλόμενος ὁ λόγος, θεσπιζει τοῦ Κυρίου τὴν εἰς Αἴγυπτον ἀφίξιν, ἐφ' ἣ μεταβολὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν Αἴγυπτίων ἐπεσθαι προφητεύει, λέγων ἐξῆς· « Καὶ γινώσκονται οἱ Αἴγύπτιοι τὸν Κύριον, » οἱ πρὶν μὴ εἰδότες αὐτὸν, « καὶ εὐξονται τῷ Κυρίῳ εὐχάς, » καὶ τὰ τοῦτοις παρακλήσια. Ἀνωτέρω μὲν οὖν ἐν τῷ πρὸ τούτου κεφαλαίῳ κληρονομία τοῦ θεσπιζομένου Ἐδὼμ καὶ Ἡσαὺ ἐλέγετο, τῶν ἀλλοτρίων Ἰσραὴλ οὕτω σηματονομένων· ἐνταῦθα δὲ ἡ Αἴγυπτος, λαὸς οὐκ ἔτι, τῶν εἰδῶλων, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ παρὰ τοῖς Ἰουδαίωσι προφηταῖς θεολογουμένου Κυρίου θεσπιζέται. Ἄπερ εἰ μὲν μὴ βῆσι συντελούμενα θεωρεῖται, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τὴν θεσπιζομένην ἀφίξιν τοῦ Κυρίου εἰς τὴν Αἴγυπτον γεγενῆσθαι· εἰ δὲ ὑπὲρ πάντα λόγον ἡ ἀλήθεια μαρτυρεῖ τοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς ἀγνωμονεστάτοις ἐναργῶς δείκνυσιν αὐτοὺς Αἴγυπτίους, τῆς μὲν ἐξ αἰῶνος πατροπαράδοτου δεισδαμονίας ἀνακεχωρηκτάς, οἰκειωθέντας δὲ τῷ Θεῷ τῶν ταῦτα προαναφανησάντων προφητῶν, καὶ τοῦτον μόνον εἰδόντας, καὶ πάντα θάνατον ἀσπαζομένους ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας· ὥρα μὴ ἄλλως ταῦτα γεγενῆσθαι συνολογεῖν ἢ τοῦ Κυρίου ἐληλυθότος εἰς Αἴγυπτον ἀκολούθως τῇ προκειμένῃ προρρήσει. Ἔστι μὲν οὖν καὶ ἄλλως τὸν λόγον αἰνίττεσθαι τροπικῶς τὸν περὶ γείον δέμον, εἰς ὃν ὁ λόγος προφητεύει τὸν Κύριον ἐπὶ νεφέλῃς κούφης ἔξειν, οὕτω τὸν ἐκ Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου ληφθέντα αὐτῷ ἀνθρώπῳ αἰνιττόμενος· χειροποίητα δὲ Αἴγυπτου σεισθήσονται τὰ τῶν ἐθνῶν ἔθνα, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δαίμονας, ὡς αὐτὸν πάλιν Αἴγυπτίους ἠρωτημένους πάντας τοὺς πάλαι κρηττον περὶ τὴν εἰδωλοκρατίαν ἐπισημαίνουσιν.

« Ecce Dominus sedet super nube levi, et veniet in Ægyptum: et commovebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, et cor eorum vincetur in ipsis ²⁴. » Causa porro cur Dominus ita in Ægyptum destinetur venturus, hæc mihi esse videtur. Primi siquidem omnium Ægyptii errori colendi multos deos ac dæmonas initium dedisse dicuntur, et reliquis universis mortalibus superstitionis auctores existisse, quin etiam omnium aliorum maxime, dæmoniacis operationibus et curiositatibus studuisse: iidem præterea ab ipsa Scriptura divina hostes populi Dei fuisse perhibentur. Sed antiquus quoque ipsorum rex fateri se non nosse Dominum, palam descriptus est, dum sic ait: « Non novi Dominum, et Israel non emittam ²⁵. » Ergo ingens quoddam divinæ Christi virtutis miraculum exhibere nobis volens prophetica oratio, Domini in Ægyptum canit adventum, ⁴²² sub quem non levem futuram Ægyptiorum mutationem, divinat deinceps sic dicens: « Et cognoscent Ægyptii Dominum, » qui videlicet non cognoscebant illum prius, « et vovebunt Domino vota ²⁶, » et quæ his similia sequuntur. Superiori quidem proximo capite hæreditas ejus, qui venturus canitur, Edom et Esau dicebatur, quippe cum alieni ab Israel eo modo significarentur: hic vero et Ægyptus et Ægypti populus, non simulatorum amplius futurus canitur, sed ejus Domini qui apud Judæorum prophetas pro Deo celebratur. Quæ si oculis completa non cernuntur, ne dicamus sane adventum illum Domini, qui in Ægyptum futurus prædicatur, fuisse adhuc. Sed si supra omnem rationem, rebus fidem ipsa veritas facit, atque etiam rudissimis et sensu omni carentibus evidenter ostendit, ipsos Ægyptios ab ea superstitione recessisse, quam usque ab initio a patribus suis acceperant, illique Deo adhæsisse, qui a prophetis hæc ipsa divinantibus colebatur, et unum hunc interim colere, neque ullam mortem recusare pro cultu et pietate erga illum: quid aliud jam superest, nisi ut fateamur non aliter ista contigisse, quam per Domini in Ægyptum adventum, sicut vaticinium proxime expositum significabat? Et nihil quidem impedit aliter quoque idem accipere oraculum, ut videlicet figurate terrenum hunc mundum significet: in quem verba ipsa Dominum super nube levi venturum vaticinentur: quippe quæ hoc modo hominem ab illo de Virgine et Spiritu sancto assumptum, intelligi velint. Manu autem facta

²⁴ Isa. xix, 1. ²⁵ Exod. v, 2. ²⁶ ibid. 21.

Ægypti commovenda, ipsa gentium simulacra, et in illis habitantes dæmonas, sicut rursus Ægyptios victos, omnes prioribus olim temporibus colendis simulacris addictos. Attamen cum etiam ipso corpore Salvator noster in terram Ægyptiam vectus sit, quo tempore oraculo monitus Joseph surrexit, Mariamque una cum puerulo accepit, et cum occulta sua virtute atque efficacia in Ægyptum pervenit, malignas ibi prius habitantes potestates, non mediocriter commotas fuisse par est, et maxime cum postea per illius doctrinam innumerabiles eorum, qui Ægyptum incolunt conventus, ab errore ac fraude dæmonum recedentes, etiam nunc unum universi Deum se nosse fateantur. 423 Quæ vero deinceps sequuntur, cum obscurioribus figuris implicita sint, curæque ac diligentia majoris indigent, alias seorsum, cum per otium licebit, interpretabimur.

A Numeris. — Quemadmodum Christus in Ægyptum venturus, atque illinc reversurus prædictus fuerit.

« Dixit Balaam filius Beor : dixit homo qui vere videt, dixit qui audit oracula fortis, qui visionem Dei vidit, in somno aperti oculi ejus, quam pulcherræ domus tuæ Jacob, tabernacula tua Israel, ut saltus umbrosi, et quasi hortus juxta flumina, et quasi tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedrus juxta aquas. Egredietur homo de semine ejus, et dominabitur gentibus multis, et extolletur Gog regnum, et augebitur regnum ejus. Deus duxit illum ex Ægypto, quasi gloria rhinocerotis illi. Devorabit gentes inimicorum suorum, et crassitudines eorum attenuabit, et jaculis suis feriet inimicum. Accubans quievit ut leo, et ut catulus, quis excitabit illum? qui benedicunt tibi, ipsis benedictum est, et qui maledicunt tibi, ipsis maledictum est ».¹⁷ Superius per eam prophetiam quæ proxime exposita est, dum oraculum, venturum in Ægyptum Dominum affirmat, Salvatoris nostri Jesu Christi migrationem una cum parentibus suis in Ægyptum illi ipsi futuram indicabat. Hic autem reditum ab Ægypto, ut ordo postulat, quo in terram Israel una cum parentibus reversus est, canit his verbis : « Deus duxit illum ab Ægypto. » Solus autem existit Salvator et Dominus noster Jesus, qui Christus est Dei, neque alius præterea quisquam, ex semine Israel, et Judaica gente profectus, qui multis dominatus sit gentibus, ut absque hæsitacione fateri necesse sit, præsens vaticinium in illo exitum suum invenisse, utpote quod palam enuntiet, de Judaica gente egressurum quemdam hominem 424 et domiaturum gentibus multis : aut quisvis mihi dicat, utrum habeat ex iis qui apud Hebræos unquam illustres fuerint alium quem proferat, qui multarum gentium dominatum acceperit. Atqui nemo unquam istud dixerit, quoniam ne factum quidem est. At vero in Salvatore nostro, etiamsi nos nihil dicamus, ipsa tamen nihilominus veritas clamabit, et vehementer vociferabi-

Α Πλήν ἀλλὰ καὶ σωματικῶς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπεσε κομισθέντος τῆ Αἴγυπτίων χώρα, ὅτε, κατὰ τὸν χρησμὸν, ἀναστὰς ὁ Ἰωσήφ παρέλαβε τὴν Μαρίαν καὶ τὸ παιδίον, καὶ ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον, ἀποβῆναι δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ τὰς αὐτοῦ τὸ πρὶν οἰκούσας πονηρὰς δυνάμεις εἰκὸς οὐ μικρῶς κεινῆσθαι, καὶ μάλιστα ὅτε διὰ τῆς μετέπειτα διδασκαλίας αὐτοῦ μυρία πλήθη τῶν τὴν Αἴγυπτον οἰκούντων, τῆς τῶν δαιμόνων ἀποφυγόντα πλινήσεως, ἔτι καὶ νῦν τὴν τῶν ὄλων ὁμολογεῖ μόνον εἰδέναι Θεόν. Τὰ δ' ἐν ταῖς ἐξῆς ἐπιλεγόμενα, αἰνιγματώδη ὄντα, πλείονός τε δεόμενα πραγματείας, ἐπ' οἰκείας σχολῆς ἐρμηγεύομεν.

Β Ἀπὸ τῶν Ἀριθμῶν. — Ὡς ὁ Χριστὸς εἰς Αἴγυπτον ἦξειν, κάκειθεν ἐπαυλεῦσθαι προείρητο.

« Φησὶ Βαλαὰμ υἱὸς Βεὼρ· φησὶν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθινῶς ὁρῶν, φησὶν ἀκούων λόγια ἰσχυροῦ, ὅστις ὄρασιν Θεοῦ εἶδεν, ἐν ὕπνῳ ἀποκεκαλυμμένον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, ὡς καλοὶ οἱ οἶκοί σου, Ἰακώβ, αἱ σκηναὶ σου, Ἰσραὴλ, ὡσεὶ νάπαι σκιάζουσαι, καὶ ὡς παράδεισος ἐπὶ ποταμῶν, καὶ ὡσεὶ σκηναὶ, ἃς ἐπῆξε Κύριος, ὡσεὶ κέδροι παρ' ὕδατα. Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν, καὶ ὑψωθήσεται ἡ Γῶγ βασιλεία, καὶ αὐξηθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ. Θεὸς ὠδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτοῦ. Ἔδεσται ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ πάχη αὐτῶν ἐκμυλιεῖ, καὶ ταῖς βολαῖς αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρόν. Κατακλιθεὶς ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλόγηται, καὶ οἱ καταρώμενοί σε κεκατήρηνται. » Ἀνωτέρω διὰ τῆς προτεταγμένης προφητείας φήσας ὁ χρησμὸς τὸν Κύριον ἦξειν εἰς Αἴγυπτον, ἐδήλου τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διακρυμμένην, τὴν ἅμα τοῖς γονεῦσιν εἰς Αἴγυπτον αὐτῷ γεννησομένην· ἐν τούτοις δὲ τὴν ἐπάνοδον ἐξῆς καὶ ἀκολούθως τὴν ἀπ' Αἰγύπτου, ἣν ἅμα ταῖς γονεῦσιν εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ ἐποίησατο, θεσπίζει λέγων· « Θεὸς ὠδήγησεν αὐτόν ἐξ Αἰγύπτου. » Μόνος δὲ ἦν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ ἄλλος, ὁ ἐκ τοῦ σπέρματος Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προσελθὼν, καὶ πολλῶν κατακυριεύσας ἐθνῶν, ὡς ἀναμφιλόγως ὁμολογεῖσθαι πέρας ἔχειν ἐπ' αὐτῷ καὶ τὴν παρούσαν πρόβησιν διαβῆναι ἐκζωνοῦσαν, ὅτι δὴ ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐξελεύσεται τις ἄνθρωπος, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν· ἢ λεγέτω ὁ βουλόμενος, εἰ ἔχοι ἄλλον συστήσαι πῶν πώποτε παρ' Ἑβραίοις ἐνόβων, πολλῶν ἐθνῶν ἄρξεντα· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις, ὅτι· μηδὲ γέγονεν. Ἐπὶ δὲ γε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἂν καὶ ἡμεῖς μὴ λέγωμεν, αὐτῇ γε ἡ ἀλήθεια βοήσῃ καὶ μέγα κεκράξεται, ἀντικρὺς παριστώσα, ὅπως ἡ ἔνθεος αὐτοῦ δύναμις, διὰ τοῦ ἀναληφθέντος αὐτῷ ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ τοῦ γε

¹⁷ Num. xxxiv, 3-9.

εἶσα ἀνθρώπου ἐκυριεύσει, καὶ εἰσέτι νῦν κυριεύσει ἔθνων πολλῶν. Αὐτὸς ἄρα οὗτος ἐκεῖνος ἦν, καὶ οὐδ' ἄλλος, ὃν ἡ προφητεία προηγόρευσε, καθ' ὃν καὶ ἡ Γῶγ ὑψώθη βασιλεία, τῆς Χριστοῦ δυνάμεως συναυξούσης. Τοῦτον δ' ἐνταῦθα φησὶν αἰνιττεσθαι καθ' Ἑβραίους τὸν τρόπον τῆν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν, ἣ καὶ συνήκατον ἡ Χριστοῦ διδασκαλία. Μένεται ἐξ τοῦ Γῶγ καὶ ὁ προφήτης Ἰεζεκιήλ, ἄρχοντα Ῥῶς, Μοσὶχ καὶ Θεβὲλ ὀνομάζων· διὰ μὲν τοῦ Ῥῶς τὴν Ῥωμαίων, ὡς ἔοικε, πόλιν αἰνιττόμενος, ἐπεὶ καὶ ἀρχὴ καὶ κεφαλὴ κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνὴν διὰ τοῦ Ῥῶς δηλοῦται· διὰ δὲ τοῦ Μοσὶχ τὴν Μυσίαν, καὶ τὰ πέριξ ταύτης ἔθνη, ὅσα νῦν οἰκεῖα Ῥωμαίων ἐστί· διὰ δὲ τοῦ Θεβὲλ τὴν Ἰθρηίαν, οὕτω πως ἀπὸ τοῦ Θεβὲλ γεγονέναι φάσκων Θεβεήλου τοὺς Ἰθρηαίων ἀπάντων ἄρχοντα τὸν Γῶγ ὑψωθήσεσθαι φησὶν ἐπὶ τῆς τοῦ προφητευσόμενου Χριστοῦ παρουσίας, ὃν ὁ Θεὸς ὠδήγησεν ἐξ Αἰγύπτου, ὅτε κατὰ τὸν Ματθαίον, ἐπιβουλεύοντος τοῦ Ἡρώδου παιδὶ ὄντι αὐτῷ, χρηματισθεὶς ὁ Ἰωσήφ παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἐπανῆλθεν εἰς γῆν Ἰσραὴλ. Δόξα δὲ μονοκίρωτος αὐτῷ τῷ Χριστῷ παρῆν, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ εὐδοκηκεῖναι κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον. Διόπερ ὡς κέρα ἐπιγραφόμενος τὸν τῶν ὄλων Θεὸν καὶ Πατέρα αὐτοῦ, μονόκερος καὶ ἐν ἐτέραις Γραφαῖς ὀνομάσθη. Ὁ δ' αὐτὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος τοῖς νοητοῖς καὶ λογικοῖς αὐτοῦ βέλει τὸν ἐχθρὸν καὶ ἀντικείμενον αὐτῷ διάβολον, πάσας τε τὰς ἀμφ' αὐτὸν ἀράτους καὶ πονηρὰς δυνάμεις, διὰ κρείττονος καὶ ἀκαταμάχου δυνάμεως ἤλαυνεν, εἰσέτι τε νῦν κυριεύει ἔθνων πολλῶν, ὧν τὰ πύχνη καὶ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς λεπτύνων, ἐπὶ τὴν στενὴν ὁδὸν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπιτηδεύουσ κατασκευάζει. Ἀλλὰ καὶ κατακλιθεὶς αὐτὸς οὗτος ὁ ἐξ Ἰσραὴλ προελθὼν ἄνθρωπος, ὁ κατακυριεύσας ἔθνων πολλῶν, ἐνεπαύσατο, φησὶν, ὡς λέων, οὕτω δηλῶν ἦν ἀνεδέξατο οἰκονομῆσαι, καθ' ἣν ὡσπερ τις βασιλικὸς καὶ θαρβάλεις θηρ ἀνεπαύσατο, μηδεὶς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν βασιλείαν μεταστήσασθαι δυναμένου· πάντες τε οἱ τὸν Χριστὸν εὐλογοῦντες, λόγῳ τε καὶ βίῃ σεμνύνοντες τὴν ἀρετὴν τοῦ διδασκάλου, τῆς ἐκ Θεοῦ μετελήφασιν εὐλογίας, αὔξοντες ὅσημέραι καὶ πληθύνοντες, κατὰ τὸ, « Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, » ἀληθέστερον ἐπ' αὐτῶν καὶ θεοπρεπέστερον τῆς θείας ἐκτελουμένης φωνῆς. Ὡς ἔμπαινον οἱ ἀπὸ πρῶτης τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς εἰσέτι καὶ νῦν αὐτὸν ἐν τοῖς αὐτῶν συνεδρίοις ἀρώμενοι, τὴν ἐκ Θεοῦ κατάραν ἐξ ἐκείνου καὶ εἰσέτι δεῦρο καθ' ἐκτυτῶν ἐπεσπάσαντο. Διὸ καὶ τὴν ἐσχάτην οὐ μόνον τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ τοῦ πάλας σεμνοτάτου αὐτῶν ἀγιάσματος ἐρημίαν τε καὶ φθορὰν οὐ παύονται ὀφθαλμοῖς ὀρῶντες. Ἄξιον δὲ παραθεῖναι τοῖς μετὰ χεῖρας τὴν πρὸς τὸν Ἰούδαν τοῦ Ἰακώβ προφητείαν, ἣν καὶ αὐτὴν ἐναργέστατα εἰς τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα ἐφαρμόζειν προπαρεστήσαμεν, συνιδεῖν τε τὴν ἐν ἐκατέρω συμφωνίαν. Ὡς γὰρ ἐνταῦθα εἰρηται· Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐ-

A tur, planissime indicans, quemadmodum divina illius virtus per illum, qui ab ipso de semine Israel ratione corporis assumptus est, hominem dominata est, atque etiam nunc dominatur gentibus multis. Hic igitur ille ipse erat, non alius quispiam, quem propheta prædixerat, cujus tempore etiam Gog regnum in sublime adauctum est, cum eo simul Christi virtute ac potentia crescente. Hoc autem modo aiunt Romanorum regnum secundum Hebræos significari, cum quo simul Christi doctrina robur atque incrementum accepit. Meminit autem Gog etiam propheta Ezechiel, dum principem Ros, Mosoch et Thobel nominat, ubi per illud quidem Ros, Romanorum, ut par est, civitatem significat: quandoquidem principatus et caput ea voce apud Hebræos intelligitur; per Mosoch autem Mysiam, et ei finitimas gentes, quæcunque nunc sub Romanorum imperio sunt, et per Thobel, Iberiam Josephus intelligit, qui a Thobel dicit factos esse Thobeelos, qui Iberes dicuntur, quibus omnibus imperantem Gog in sublime adaugendum ait, sub ejus Christi de quo propheta loquuntur adventum, quem Deus duxit ex Ægypto, quo tempore, ut apud Matthæum legitur, dum ipsi adhuc puero insidiatur Herodes, Joseph accepto oraculo, accepit puerum et matrem ejus, et reversus est in terram Israel. Rhinocerotis vero gloria ipsi Christo adfuit, propterea quod placuerit in eo habitare omnem plenitudinem divinitatis, ut ait sanctus Apostolus. Quapropter dum veluti cornu sibi universi Deum Patrem ascribit, etiam unicornis in aliis quibusdam Scripturis est nominatus. Idem porro Dei Verbum intelligibilibus rationalibusque suis sagittis, inimicum sibi adversantem diabolium, omnesque circa illum versantes invisibiles et malignas potestates, præstantiori sua et inexpugnabili virtute confixit, atque etiam nunc gentibus multis dominatur, quarum crassitudines et fastuum corporeæ massæ extenuans ad angustam æternæ vitæ viam ingrediendam idoneas comparat. 425 Sed etiam recumbens idem hic homo ex Israel profectus, qui multis dominatus est gentibus, « quievit, inquit, ut leo, » quibus verbis quam ille assumpsit dispensationem, significat, secundum quam quasi quidam regulus, et quasi fera quædam audacior quievit, dum illius principatum ac regnum movere loco nemo est qui possit. Omnes autem qui Christo favent ac benedicunt, et tum oratione tum vita virtuti præceptoris addunt cultum et reverentiam, favoris benedictionisque divinæ vicissim participes facti, angescunt quotidie ac multiplicantur, utpote cum in ipsis divina illa vox: « Crescite et multiplicamini et replete terram », et verius et Deo convenientius finem suum consequatur: sicut econtrario, qui a prima adversus illum conspiratione etiam nunc in suis illum consiliis exsecrantur, Dei in seipsos execrationem ex illo in

¹⁰ Gen. 1, 28.

hunc usque diem contraxerunt. Quapropter non regni solum, sed etiam sui illius, quod honore omni ac reverentia colebant, sanctuarii, extremam solitudinem atque interitum in oculis habere, atque intueri non desinunt. Non abs re autem fuerit hisce quæ nunc tractamus, ipsius Jacob ad Judam prophetiam adjungere, quam etiam ipsam evidentissime Salvatore nostro accommodari jam demonstravimus, contemplarique eam, quæ in utrisque est, concordiam. Quemadmodum enim hic dictum est : « Egre dietur homo de semine ejus (ipsius videlicet Jacob), » ita etiam illic dictum est : « De germine, filii mi, ascendisti »²⁹, » ab ipso Jacob, ad eum de quo ipse vaticinatur. Utque in præsentia dicitur illud : « Et dominabitur gentibus multis, » sic in illis quoque illud : « Et ipse erit exspectatio gentium »³⁰. Et rursus hic quidem : « Devorabit, inquit, gentes inimicorum suorum, et jaculis suis feriet inimicum; » in illis autem simili ratione illud dictum est : « Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum »³¹. Item illud : « Catulus leonis Juda, » et illud : « Recumbens dormivisti ut leo, et ut catulus, quis excitabit illum »³²? » quod in illis dictum est, nihil mihi differre videtur ab eo, quod nunc tractamus oraculo, cujus illa sunt verba : « Recumbens quiescit ut leo, et ut catulus, quis excitabit illum? » Hæc autem non abs re unum in locum coegimus, ut quasi in ore duorum testium, ejus quæ in prophetiis spectatur concordia, de Salvatore nostro demonstratio firmiorem accipiat auctoritatem. Sed omnia quæcunque in vaticinium Jacob contemplanda contulimus, huic item quod a Balaam dictum est, **426** accommodari poterunt, propter eorum quæ dicta sunt similitudinem. Quod si illa in nostro Salvatore completa esse ampliori demonstratione tum constitit, sequitur jam ut præsentia quoque fateamur.

Ab Osee. — Item de illo quod dictum est : « Ex **C** Ægypto vocavi Filium meum, » et de Herode rege, et eversione regni Judæorum.

« Et exsurget perditio in populo tuo, et omnia munera tua peribunt, ut princeps Salaman de domo Jeroboam. In diebus belli matrem super filiis alliserunt. Sic faciam, vobis domus Israel, a facie injuriarum vestrarum. Mane ejecti sunt : ejectus est rex Israel, quoniam infans Israel. Et ego dilexi eum : et ex Ægypto evocavi filios ejus »³³. » Sed Aquila, Hebraicæ elocutioni inserviens, « Ex Ægypto vocavi filium meum, » interpretatus est. Ego autem necessario ad verbum notavi locum, quoniam Matthæus quoque posuit prophetiam, ubi in Ægyptum commigrasse Jesum, et illinc rediisse in terram Israel indicavit; si quis autem Salvatoris nostri in Ægyptum profectionem accuset, sciat id totum maxima cum ratione factum fuisse. Neque enim Herodis voluntariam malitiam cohibere par erat, neque rursus Salvatorem, puerum adhuc miracula exordiri jam tum, atque ante tempus divinam ostentare virtutem : quod sane factum fuisset, si mirabili quadam ratione insidiantem sibi Herodem punivisset, neque ullo modo illam in Ægyptum una cum parentibus secessionem pertulisset. Ve-

Α τοῦ, » (ὁ γλῶσσος δ' ὅτι τοῦ Ἰακώβ,) οὕτω κάκει· « Ex βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβη, » εἰρηγο ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰακώβ πρὸς τὸν προφητεύμενον. Καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγεται τὸ, « Καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν, » ὁμοίως καὶ ἐν ἐκείνοις τὸ, « Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ πάλιν ἐνταῦθα μὲν, « Ἔδεται, φησὶν, » ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ταῖς βολαῖς αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρῶν· « Ὁσαύτως δὲ καὶ ἐν ἐκείνοις, « Αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου, » ἐλέγετο. Καὶ τὸ, « Σχύμνος λέοντος Ἰούδα, » καὶ τὸ, « Ἀνιπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων, καὶ ὡς σχύμνος· τίς ἐγερῆ αὐτόν; » ἐν ἐκείνοις εἰρημένον, οὐδὲν μοι δοκεῖ διαφέρειν τῆς μετὰ χεῖρας λέξεως φασκούσης· « Κατακλιθεὶς ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σχύμνος· τίς ἀναστήσει αὐτόν; » Ταῦτα δὲ εἰκότως εἰς ταῦτ' ἐσυνηγάγομεν, ἢ ὡς περὶ ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων τῆς ἐν ταῖς προφητείαις συμφωνίας ἢ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόδειξις βεβαιωτέραν λάβοι τὴν κύρωσιν. Πάντα δ' οὖν τὰ εἰς τὴν τοῦ Ἰακώβ πρόβησιν τεθεωρημένα ἀρμόσειεν ἂν καὶ εἰς τὴν τοῦ Βαλαάμ τῆς ὁμοιότητος τῶν λεγομένων ἕνεκα. Εἰ δὲ ἔκεινα διὰ πολλῆς ἀποδείξεως ἐπὶ τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα πεπληρωμένα συνέστη, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὰ παρόντα ὁμολογεῖν.

ut leo, et ut catulus, quis excitabit illum? » Hæc autem non abs re unum in locum coegimus, ut quasi in ore duorum testium, ejus quæ in prophetiis spectatur concordia, de Salvatore nostro demonstratio firmiorem accipiat auctoritatem. Sed omnia quæcunque in vaticinium Jacob contemplanda contulimus, huic item quod a Balaam dictum est, **426** accommodari poterunt, propter eorum quæ dicta sunt similitudinem. Quod si illa in nostro Salvatore completa esse ampliori demonstratione tum constitit, sequitur jam ut præsentia quoque fateamur.

Ἀπὸ τοῦ Ὁσηέ. — Ἐτι περὶ τοῦ, « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου, » καὶ περὶ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, καὶ περὶ τῆς καθαιρέσεως τῆς Ἰουδαίων βασιλείας.

« Καὶ ἐξαναστήσεται ἀπώλεια ἐν τῷ λαῷ σου, καὶ πάντα τὰ περιτετεγισμένα σου οἰχθήσεται, ὡς ἀρχῶν Σαλαμάν ἐκ τοῦ οἴκου Ἰερσοβὰμ. Ἐν ἡμέραις πολέμου μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἔδρασαν. Οὕτω ποιήσω ὑμῖν, οἶκος Ἰσραὴλ, ἀπὸ προσώπου τῶν ἀδικῶν ὑμῶν. Ὁρθροῦ ἀπεβέβησαν ἀπεβέβη βασιλεὺς Ἰσραὴλ, διότι νήπιος Ἰσραὴλ. Καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτόν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ. » Δουλεύσας τῷ Ἑβραϊκῷ, « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου, » ἐξέδωκεν ὁ Ἀκύλας. Ἀναγκαίως δὲ τὸ ρητὸν ἐπεσημειώσαμεν, ἐπεὶ περὶ καὶ ὁ Ματθαῖος τέθεικε τὴν προφητείαν, ὁπνίκα εἰς Αἴγυπτον διακομισθῆναι τὸν Ἰησοῦν, κάκειθεν ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ ἐδῆλου. Εἰ δὲ ἐπιμέμφοιτό τις τῇ εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἴστω κατὰ λόγον αὐτὴν γεγονέναι. Οὐτε γὰρ ἐπισχεῖν τὸν Ἡρώδην τῆς αὐτοπροαιρέτου κακίας προσήκον ἦν, οὐτ' ἂν βρέφος ἔτ' ὄντα τὸν Σωτῆρα τῶν θαυμάτων ἀπάρξασθαι, καὶ πρὸ καιροῦ τὴν θέαν ἐπιδείκνυσθαι δύναμιν· ὅπερ ἂν ἐπράχθη, εἰ παραδόξως ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ τὸν Ἡρώδην μετῆλθε, μηδαμῶς ὑπομείνας τὴν εἰς Αἴγυπτον ἄμα τοῖς γονεῦσιν ἀναχώρησιν. Ἀλλὰ γὰρ ἦν τῆς κρείττονος οἰ-

²⁹ Gen. κλζ, 9. ³⁰ ibid. 10. ³¹ ibid. 8. ³² ibid. 9. ³³ Ose. x, 14, 15; xi, 1.

κονομίας ἐπὶ καιροῦ τοῦ προσήκοντος τῶν τῆς θεότη-
 τος ἀπέρξασθαι θαυμάτων, ᾧ γε διὰ παντὸς τοῦ βίου
 τὴ πρῶτον καὶ ἀνεξίτητον μαρτυρήσεται, προχέρον
 μὲν εἰς τὰς εὐποιίας καὶ τὰς κοινὰς εὐεργεσίας γε-
 νομένῳ, μηδένα δὲ τῶν μὴ ἀκούστων ἀμυνομένῳ,
 μηδὲ ὅτε ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἦγετο, καὶ ὡς
 ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἀφωτος. Πῶς οὖν εἰκὼς
 ἦν τὸν τοιοῦτον δεῖν ἐν παιδίῳ μὴ οὐχὶ ὑποχωρῆσαι
 τῇ τοῦ Ἡρώδου κακίᾳ, ᾧ καὶ ἐν ἀνδρὶ τὸ ἀναχωρεῖν
 καὶ τοὺς πονηροὺς ἐκκλίνειν μαρτυρήσεται, ἐπικρύ-
 πτεσθαι τε καὶ ὑποφύγειν τὸν ἐπὶ ταῖς παραδόξο-
 ποιαῖς ἔπαινον; παρῆναι γοῦν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ θερα-
 πευομένοις μηδὲν λέγειν. Εἰ δ' ἐπὶ τὸν λαὸν τὴν προ-
 φητεῖαν ἀναφέρειοις, φάσκω περὶ τοῦ ἐκ σπέρμα-
 τος τοῦ Ἰσραὴλ λαοῦ εἰρησθαι, ἐπιστησάτω τῇ τοῦ
 λόγου ἀκολουθίᾳ, ταῦτα ἔσσεσθαι φησάση μετὰ τὸ εἰ-
 πεῖν ὡς πρὸς αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλήμ. « Καὶ ἐξανα-
 στησεται ἀπώλεια ἐν τῷ λαῷ σου, καὶ πάντα περιτε-
 τειχισμένα σου οὐχίησεται. » Καὶ ὅπερ, φησὶν, ὁ τοιοῦ-
 δε ἀρχὼν πέπονθε κατὰ τὸν ἐπελάθοντα αὐτῷ πόλε-
 μον, ἐν ᾧ μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισαν, τὰ παρα-
 πλῆσια καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ποιήσω διὰ τὰς κακίας ὑμῶν.
 Ὑμῖν δὲ τίσις ἢ τοῖς καλουμένοις Ἰσραηλίταις, οἳ
 καὶ ἀπεβρίβητε σὺν τῷ βασιλεῖ ὑμῶν; τὸν Ἡρώδην
 αἰνιττόμενος· καὶ ταῦτά γε πάντα πεπόνθατε, « διότι
 παῖς, » φησὶν, « Ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν,
 καὶ ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Ἰὸν μου. » Πῶς γὰρ
 οἶόν τε κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμέμφεσθαι, καὶ
 πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἔπαινεῖν; Ἄλλ' ἦν ὁ ἀληθὴς νοῦς
 ταύτην ἔχων θεωρίαν. Ἰσραὴλ γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ καθ'
 ἑτέρας ἀνηγόρευται προφητείας, ὡς περὸν καὶ ἐπὶ
 τῆς παρουσίας. Ἐπειδὴ τοίνυν οὗτος, φησὶν, ὑπὸ κῆ-
 ρος μοι γενόμενος, μορφὴν δούλου ἔλαβεν, καὶ γέγονε παι-
 δῖον ἀγαπητὸν ἐμοί, πᾶσαν τὴν ἐμὴν ἐκτέλεσας βου-
 λὴν, διὰ τοῦτο αὐτὸν μὲν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, εἰς ἣν
 ἐκθροῦσθε καταβήσθε, οὕτως δηλουμένου τοῦ πε-
 ριγείου τόπου, ἢ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς προχείρου οἷα γνή-
 σιον καὶ ἀγαπητὸν Ἰὸν ἀνεκαλεσάμεν· ὕμᾶς δὲ, τοὺς
 πρὸς οὓς ὁ λόγος, σὺν καὶ τῇ ὑμετέρᾳ βασιλείᾳ βλε-
 βρὸς καὶ ἀπώλεια παραλήψεται. Ταῦτα μὲν ἢ προ-
 φητεία· πρόδηλον δὲ ὅπως ἀπὸ τῶν τοῦ Σωτῆρος
 ἡμῶν χρόνων πολιορκηθείσης τῆς Ἱερουσαλήμ, καθ-
 ἤρηθη καὶ εἰς τὸ παντελὲς ἀπεβρίβη ἢ μέχρι τότε
 συστάσα τοῦ Ἰουδαίου ἔθνους αὐτονομία τε καὶ ἀρχή.
 Πλὴν ἀλλὰ τρίτον ἦδη τὰ περὶ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς
 αὐτῆς ἀφιξέως αὐτοῦ προσηφίτευται. Εἰ δὲ τις αὐτὰ
 μηδαμῶς ἐφαρμόζειν ἐπὶ τὸν ἡμέτερον λέγοι Σωτῆ-
 ρα, ἀλλὰ τὰ γε τῆς τοῦ Ματθαίου παραθέσεως ἀπὸ
 τῆς παρὰ Μωϋσεὶ μαρτυρίας αὐτῷ παρελημμένα,
 ἦν καὶ ἀρτίως διεληλύθαμεν, τὸ, « Ὁ Θεὸς ὠδήγησεν
 αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, » διηγούμενοι· ἐπεὶ μὴδ' αὐτὸς ὁ
 εὐαγγελιστὴς ἀπὸ τῆς τοῦ Ὡσηε προφητείας εἰληφθεὶς
 αὐτῷ τὸ λόγιον ἔφησεν, ὡς δύνασθαι, καὶ πόθεν ἐπι-
 ζητήσαντας, εὑρεῖν αὐτὸ κείμενον· ὅθεν εἰκὼς τὸν
 εὐαγγελιστὴν πεποιῆσθαι αὐτοῦ τὴν ἐκθεσιν.

Mosem ab illo accepta, ne neget, quod paulo ante tractavimus, dum illud 428 : « Deus duxit illum ex
 Ægypto, » enarremus, quando ne ipse quidem evangelista, se ab ipsius Osee prophetia oraculum ac-
 cepisse indicavit, ut undecunque quærentes possint illi ubicunque positum sit, invenire : ibi videlicet
 unde par est evangelistam illud protulisse.

A rum enim præstantioris cujusdam dispensationis
 ac sapientie fuit, suo atque accommodato tempore
 miraculorum, quæ ad divinitatem pertinent. ini-
 tium facere eum cui in tota vita mansuetudinis et
 clementie testimonium redditum est, quique ad
 promerendum, atque ad communia officia fungen-
 da propensus exstitit, nec aliquem unquam eorum
 qui non ipsi auscultaverunt, ultus est, ne tunc qui-
 dem cum ut ovis ad occisionem ducebatur, atque
 ut agnus coram tondente se, obmutesceret. 427
 Qui autem, quæso, convenisset, eum, qui talis erat,
 puerum adhuc Herodis malitie non concedere, cui
 etiam ad virilem realem profecto, concedendi et
 malignos declinandi, testimonium redditum est?
 quique et se occultare, et in miraculis edendis
 B laudem effugere consueverit? nam quos ipse curas-
 set, iis imperabat ut nemini dicerent. Quod si quis
 prophetiam hanc ad populum referat, dicatque hæc
 de populo ex semine Israel oriundo dicta esse, is
 attendat verborum ordinem in quibus hæc futura
 dicuntur, postquam dictum est quasi ad ipsum Je-
 rusalem, « et exsurget perditio in populo tuo, et
 omnia munita tua peribunt; » et quæ quidem
 princeps passus est in bello, in quo matrem super
 filiis, terriæ alliserunt, eadem vobis quoque ipsis
 faciam propter malitias vestras. Vobis porro qui-
 bus tandem aliis, nisi qui vocamini Israelitæ?
 quique etiam rejecti estis cum rege vestro? ubi He-
 rodem obscurius indicat: et hæc omnia passi
 estis, « quoniam puer, inquit, est Israel, et ego di-
 lexi eum: et de Ægypto vocavi filium meum. »
 C Qui enim fieri potest, ut eodem in loco eosdem et
 accuset et laudet? sed verus sensus est is, qui hanc
 habet contemplationem. Israel enim in alia prophe-
 tia dictus est Christus, quemadmodum in hac quo-
 que quam nunc tractamus. Quoniam igitur hic,
 inquit, obediens mihi factus, formam servi accepit,
 et factus est puer mihi dilectus, dum omnia qua-
 cunque volo efficit, idcirco illum ex Ægypto, ad
 quam hominis forma assumpta descendit, dum ea
 voce terrenus locus significatur, aut etiam ex illa
 vulgatiore tanquam legitimum dilectumque Filium
 evocavi: vos autem ipsos ad quos sermo directus
 est, una cum regno vestro interitus et perditio
 D comprehendet. Hæc quidem ipsa prophetia: con-
 stat autem quemadmodum post Salvatoris nostri
 tempora, cum obsessa fuisset ac vastata Jerusa-
 lem, sublatus est, et ad extremam perniciem reje-
 ctus, qui usque ad illud tempus steterat Judaicæ
 gentis legum usus omnisque principatus. Verum-
 tamen jam tertio, quæ ad Ægyptum pertinent,
 quæque ad iter quod in illam est factum, divinitus
 prædicta sunt: quod si quis nullo modo fateatur
 ea nostro Salvatore convenire, at saltem cum ea
 Matthæus apposuerit, de testimonio quod est apud

Ab Isaia. — De Joannis in deserto prædicatione.

« Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini : rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur : et erunt prava in rectam, et asperæ in vias planas : et videbitur gloria Domini. Et videbit omnis caro salutare Dei, quoniam Dominus locutus est³⁴. » Hoc quoque vaticinium oportebat sub Salvatoris nostri tempus suum finem contingere. Quocirca, ut apud Lucam evangelistam scriptum est, « In anno quinto decimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Jndæam, » cæterisque imperantibus qui cum hoc connumerantur, « factum est verbum Dei ad Joannem Zachariæ filium, in deserto. Et cum venisset in omnem terram, quæ est circum Jordanem, prædicavit baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum³⁵. » Illicse autem evangelista adjicit testimonium, dicens : « Sicut scriptum est in libro sermonum Isaïæ prophetæ : Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini³⁶, » et quæ sequuntur. Quid igitur tandem aliud clamabat Joannis illa in deserto prædicans vox ad turbas exenutes, ut ab ipso baptizarentur, tanquam ad reptilia deserti, quam conveniens accommodatumque illud : « Germina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira³⁷? » Et rursus dum pravas animas in rectas, et asperas in vias planas reparat, dicebat iisdem : « Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ³⁸. » Et hæc scilicet complebantur, dum Joannes præparabat eos qui visuri erant gloriam Domini, et quod vocatur salutare Dei, quod quidem nihil aliud est, quam Christus, sicut verbis illis testificatur : « Ego quidem vos aqua baptizo : venit autem fortior me post me, **429** cujus non sum dignus calcæamenta gestare. Ipse vero baptizabit in Spiritu sancto et igne³⁹. » Qui etiam cum Jesum vidisset venientem, exclamavit : « Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Hic est, de quo ego dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est⁴⁰. » Quod vero idem esset salutare Dei, Simeon quoque testificatus est, qui accepto in ulnas puero Jesu, dixit : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium⁴¹. » Quibus etiam propheta consentit, dum ait : « Et videbit omnis caro salutare Dei. » Illud enim, « omnis caro, » pro omnibus gentibus dictum est. Ut autem demonstraretur quomodo hæc suum finem contigerint, et gentes Christum Dei agnoverint, multis non opus est verbis : et quæ quidem ad verbum solent considerari, in hunc completa sunt modum. Cæterum quid, quæso, fuit in causa, ut non in urbibus neque in ipsa Jerusalem, sed in deserto, Joannes suggestum sibi ad prædicandum elegerit? ad hoc quæsi-
am

³⁴ Isa. xl. 3-5. ³⁵ Luc. iii, 1-3. ³⁶ ibid. 4. ³⁷ ibid. 7. ³⁸ ibid. 8. ³⁹ ibid. 16. ⁴⁰ Joan. i, 29, 30. ⁴¹ Luc. ii, 29-32.

A Ἀπὸ τοῦ Ἠσαίου. — Περὶ τοῦ κατὰ τὴν ἔρημον Ἰωάννου κηρύγματος.

« Φωνὴ βρῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἐτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Πάσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται τὰ σχολία εἰς εὐθείαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ἰσοῦς λείας· καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου. Καὶ ἔφεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.» Ἔδει καὶ ταύτην ἐπιτῶν χρόνων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπὶ πέρας ἔλθειν τὴν πρόβησιν. Διόπερ κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, « Ἐν ἔτει παντεκαίδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἐπιτροπεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, » καὶ τῶν τοῦτῳ συναριθμουμένων, « ἐγένετο βῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὃς ἔλθων εἰς πᾶσαν τὴν περιχώρον τοῦ Ἰορδάνου, ἐκήρυσσε βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄρσειν ἁμαρτιῶν. » Τοῦτοις δ' οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπιμαρτυρεῖ λέγων· « Καθὼς γέγραπται ἐν βιβλίῳ λόγων Ἠσαίου τοῦ προφήτου· Φωνὴ βρῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἐτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· » καὶ τὰ ἐξῆς. Τί δὴ οὖν ἐβόα ἡ διὰ τοῦ Ἰωάννου φωνὴ ἐπὶ τῆς ἐρήμου κηρύσσουσα ἢ τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ἔρπετοις ἐρήμου τυγχάνουσαι, εἰκείως τῇ προφητείᾳ· « Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; » Πάλιν τε αὐτὰς σχολιάς ψυχὰς εἰς εὐθείας, καὶ τὰς τραχεῖας εἰς ἰσοῦς λείας μετασκευάζουσα ἔφασκε τοῖς αὐτοῖς· « Ποίησατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. » Καὶ ταῦτά γε συνετελεῖτο προπαρασκευάζοντος Ἰωάννου τοὺς ὀφθόμενους τὴν δόξαν Κυρίου, καὶ τὸ καλούμενον σωτήριον τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἄλλον ὄντα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐμαρτύρει λέγων· « Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ὕδατι βαπτίζω· ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου· οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ. » Ὅς καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον ἀνεψώνησεν· « Ἰδὲ ὁ ἄμνος τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Οὗτός ἐστι περὶ οὗ εἶπον· « Ὅπισθον μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἐμπροσθέν μου γέγονε. » Τὸν αὐτὸν δὲ εἶναι τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ Συμεὼν ἐμαρτύρησεν, ὃς λαβὼν ἐπὶ ταῖς ἀγκάλαις βρέφος ὄντα τὸν Ἰησοῦν, ἔφη· « Νῦν ἀπολύεις τὸν δαῦλον σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ βῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἠτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν· » οἷς συνάδει καὶ ὁ προφήτης εἰπὼν· « Καὶ ἔφεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Τὸ γὰρ « πᾶσα σὰρξ, » ἀντὶ πάντων εἰρηται τῶν ἐθνῶν. Ὅπως δὲ ταῦτα τέλους ἔτυχε, καὶ τὰ ἐθνη τὸν Χριστὸν ἐπέγνω τοῦ Θεοῦ, μακρῶν οὐ δεῖ λόγων. Καὶ τὰ μὲν βῆτά τοῦτον ἐπληροῦτο τὸν τρόπον. Τί δ' ἦν τὸ αἴτιον τοῦ μὴ ἐν πόλεσι, μηδ' ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐρήμου Ἰωάννην παρελθόντα κηρύττειν; ὁ μὲν τις φῆσαι ἂν εἰς ἀποπλήρωσιν τῆς προφη-

ταῖς τοῦτο αὐτὸν πεποιτημένοι· ἀλλ' ὁ ἀκριβὴς εὐθὺς ἐξετάζων, αὐτῇ δὲ ἡ προφητεία τί ποτ' ἔρα σημαίνειν βουλομένη τὴν ἔρημον καὶ τὰ κατ' αὐτὴν ἐδήλου, πεύσεται· πρὸς ὃν φήσομεν, ὅτι καὶ τοῦτο σημεῖον ἦν καθαιρέσεως τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ τοῦ πρὸς αὐτῇ θυσιαστηρίου, τῆς τε κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον λατρείας, ὅτε μηκέτ' αὐτοῖς διὰ τῶν κατὰ νόμον θυσιῶν τὰ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν προύξενεῖτο, ἀλλὰ διὰ καθάρσεως λουτροῦ ἐπὶ τῆς πάσαι διψάδος καὶ ἐρήμου, λέγω δὲ τῆς τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας, παραδιδόμενου, ἐν ἧ καὶ ἡ προφητικὴ γενομένη φωνὴ ἐτοιμάζειν παρακελεύεται τὴν ὁδὸν Κυρίου, τὰς μὲν κάτω που εἰς βάθος κακίας, ὡς ἐν φάραγγι κειμένας ψυχὰς ἐπαρθήσεσθαι, τὰ δὲ πάλαι ὑψώματα τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς ἀρχόντων τε καὶ βασιλέων, ὄρη καὶ βουνούς ὀνομαζόμενα, ταπεινωθήσεσθαι θεσπίζουσα ὧν ἐπιτελεσθέντων, φησί· « Πᾶσα σὰρξ ὕψεται τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Δὴλον δ' ὅτι πᾶσα ἡ ἐν σαρκὶ ἐπὶ γῆς ἀναστρέφουσα ψυχὴ Ἑλλήνων ἡμῶν καὶ βαρβάρων, καὶ πάντων ἀπαξιαπλῶς τῶν ἐθνῶν· ἃ καὶ τῇ προρρήσει ἀκολουθῶν εἰς πέρας ἐλθόντα δέικνυται. Ζητῶ δὲ παρ' ἑμαυτῶν, τί ἄρα ἦν τὸ ἐκπλήξαν τοὺς πολλοὺς ἐν τῷ Ἰωάννῃ, ὡς θαυμάσαι αὐτὸν καὶ κηρύττοντι βίπτισμα μετανοίας πιστεῦσαι, πάντας τε πανταχῶθεν τὰ οἰκεία ἀπολιπόντας συρρέειν ἐπὶ τὴν ἔρημον, μάλιστα ὅτε μηδεμίαν αὐτοῦ πράξιν ἱστοροῦσιν οἱ λόγοι. Οὕτε γὰρ νεκροὺς ἐγείρας, οὕτε ἕτερα θαύματα πεποιηκῶς ἀναγγέλλεται. Τί δὲ ἡ οὖν ἦν τὸ ἐκπλήξαν τοὺς πάντας; ἡ μήποτε ὁ ξένος καὶ παραλλάττων τῶν πολλῶν αὐτοῦ βίος; προφηεῖ γὰρ ἐκ τῆς ἐρήμου ξένην ἡμιεσμένον στολὴν, πᾶσαν δὲ τὴν κοινὴν ἀνθρώπων διατριβὴν ἐκτρεπόμενος· οὕτε γοῦν εἰς κώμην, οὕτε εἰς πόλιν, οὕτε εἰς κοινὴν σύλλογον ἀνδρῶν παρέβαλλεν. Ἀλλὰ οὐδὲ τῆς κοινῆς μετείχε τροφῆς· γέγραπται γοῦν, ὡς « ἐκ τῆς τοῦ παιδὸς ἡμικίας ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξαι αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνδύμα αὐτοῦ ἦν ἐκ τριχῶν καμηλῶν πεποιημένον, ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον. » Μὴ πη οὖν, ὁρῶντες ἀνδρα Ναζιραῖον μὲν Θεοῦ τὴν τρίχα, θεοπρεπῆς δὲ πρόσωπον ὑποφαίνοντα, σχῆμά τε ξένον περιβολῆς ἡμιεσμένον, ἀθρόως πῶν ἐξ ἀφανοῦς ἐρήμου φαίνόμενον, καὶ μετὰ τὸ κίρυγμα πάλιν εἰς τὴν ἔρημον καὶ εἰς τὸ ἀφανὲς ὑποχωροῦντα, καὶ ἄποτον, ἄτροφον, ἀκωνόντων τοῖς πολλοῖς, εἰκότως ἐξεπλήττοντο, μηδ' ἀνθρωπῶν αὐτῶν ὑπονοοῦντες ὑπάρχειν; πῶς γὰρ τὸν μηδὲ ἐν χρεῖζι τροφῆς γινόμενον; διὸ καὶ ἄγγελον ὑπειληφασαν εἶναι τοῦτον αὐτὸν ἐκεῖνον, τὸν διὰ τοῦ προφήτου δηλούμενον, κατὰ τὸ, « Ἴδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδὸν σου ἔμπροσθέν σου. » Κέχρηται γοῦν τῇ παραθέσει καὶ ταύτης τῆς Γραφῆς Μάρκος ὁ ἀγγελιστῆς. Καὶ ὁ Σω-

A fortasse responderit, illum hoc fecisse ut prophetia compleretur. Sed qui exquisitius ac diligentius so doceri voluerit, illico interrogabit : Atqui prophetia hæc quid tandem sibi volebat, cum desertum, et ea quæ ad id genus pertinent enuntiabat? cui respondebimus, quod hoc quoque signum erat evertendæ urbis Jerusalem, et ejus quod in ipsa erat altaris, ritusque illius, qui secundum Mosaicam legem servabatur, quando non amplius per legitima sacrificia remissio illis peccatorum conciliabatur, sed per purgationem lavacri, quod in olim sitibunda ac deserta, dico autem, in collecta de gentibus Ecclesia, tradebatur, in qua etiam illa quæ facta est prophetica vox, parare viam Domini jubet, dum malitias in imo quodam fundo, quasi in convalle positas animarum auferendas, et veteres urbis Jerusalem atque eorum qui in illa imperabant principum ac regum, qui montes et colles nominantur, altitudines dejiciendas vaticinatur, quibus perfectis, « Omnis, inquit, caro videbit salutare Dei. » Hoc est omnis quæcunque corpori inclusa in terra versatur anima, tam barbarorum quam Græcorum, hoc est, omnium omnino gentium : quæ quidem ipsi vaticinio consentanea ad suum finem pervenisse demonstrantur. **430** Dum igitur mecum tacitus quæro, oborta mihi est dubitatio, quid tandem illud esset in Joanne, quo capta multitudo illa admiraretur hominem, et prædicanti baptisma penitentiaæ fidem haberet, quidque illud quo ducti omnes undique rebus propriis relictis confluerent in desertum, cum præsertim nulla illius gesta memoriam prodita sint : neque enim quod aut mortuos excitaverit, aut alia miracula fecerit, scriptum exstat. Quid igitur illud erat quod admirabundos omnes redderet? Num forsitan novum et quod a multitudine abhorreret vitæ illius genus? procedebat enim ex deserto inusitatum indutus habitum, omnemque communem hominum consuetudinem declinans : nam neque in vicum ullum, neque in urbem, neque in communem aliquem virorum cœtum vescebat. Sed ne victu quidem communi vesceretur : siquidem scriptum est, quod « a puerili ætate in solitudine versaretur ad illum usque diem, quo ipsi Israel ostenderetur. Quin etiam ejus vestimentum ex pilis camelorum confectum erat, et cibus locustæ et mel silvestre. » Nunquid igitur cum capillo quidem Naziræum Dei viderent, qui, quæ Deum facile deceat, faciem ostentaret, vestimenti autem inusitatum genus indutum, repente nescio unde e latebris solitudinis prodeuntem, et post prædicationem, rursus in solitudinem et in latebras recedentem, sine potu, sine cibo, abhorrentem a multitudine, merito obstupescerant, et ne hominem quidem illum esse arbitrabantur? quidni illum qui vel nullo cibo indigeret? quocirca eundem angelum esse credebant illum ipsum de quo propheta loquitur, dum dicit : « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam

tuam ante te ⁴¹. » Eundem Scripturæ locum Marcus quoque evangelista citavit. Quin etiam ipse Salvator huic rei testimonium exhibet, dicens : « Venit Joannes ad vos, neque comedens neque bibens, et dicitis, dæmonium habet ⁴². » Incredulos enim et adversus veritatem difficiles et pervicaces, credibile est propter illud quo Joannes utebatur vitæ genus, talia in illum probra jactasse, sicut econtrario qui virtutis illius sensu affliciebantur, angelum existimasse. Hæc igitur arbitrator ipsam Joannem intuentibus admirationem, ac stuporem erga hominem attulisse : quapropter ad eam animæ purgationem, quæ ab illo denuntiabatur, undique concurrebant. **431** Meminit autem hujusce, quæ de illo fertur, historiæ, etiam Josephus in decimo octavo *Judaicæ Antiquitatis* libro, in hunc modum scribens : « Nonnulli autem Judæorum putabant ideo periisse Judæorum exercitum, quod Deus justissimæ ulcisci voluerit supplicium Joannis, qui Baptista vocabatur : hunc enim occiderat Herodes virum bonum, et Judæos adhortantem ut exercitatione virtutis, mutuaque inter seipsos justitia atque erga Deum pietate utentes, ad baptismum accederent : sic namque ablutionem quoque ipsi videri acceptam. »

Ab eodem. — Item de solitudine, ipsoque nominatim Jordane fluvio, apud quem Joannes baptizabat.

« Lætare, solitudo sitiens : exsulet desertum, et floreat ut liliium, et efflorebunt et exsultabunt deserta Jordanis, et gloria Libani data est ei, et honor Carmeli, et populus meus videbit gloriam Domini ⁴³. » Quibus adjungit : « Convallescite, manus remissæ, et genua soluta : consolamini pusillanimes intellectu : confirmamini, ne timeate. Ecce Deus noster judicium reddit, et reddet. Ipse veniet et salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient. Tunc saliet, ut cervus, claudus, et plana erit lingua mutorum. Quoniam erupit in deserto aqua, et scissura inundans in terra sitienti ⁴⁴. » Hæc autem Salvatoris nostri plane admirabilibus gestis completa sunt, post Joannis prædicationem. Contemplare igitur, quemadmodum solitudinem evangelice instruit, neque id simpliciter aut quamvis solitudinem, sed definite illam et solam, quæ est apud Jordanem fluvium : quandoquidem juxta hanc versans Joannes baptizabat, ut Scriptura ipsa fidem facit, dicens : « Erat Joannes in solitudine baptizans, et exibat ad illum omnis Judæa regio, et Hierosolymorum incolæ omnes, et baptizabantur ab illo in Jordane ⁴⁵. » Hanc igitur solitudinem ejus quæ quondam ab omnibus bonis deserta erat, dico autem **432** collectæ de gentibus Ecclesiæ, signum gestare arbitror, ipsum vero fluvium in solitudine, purgantem omnes qui in ipso abluerentur, purgationis cujusdam, quæ secundum sententiam intelligatur, imaginem generare, qua de re loquuntur Scripturæ dicentes :

Α τῆρ δὲ μαρτυρεῖ λέγων· Ἐῆλθεν ὁ Ἰωάννης πρὸς ὑμᾶς μῆτε ἐσθίων, μῆτε πίνων, καὶ λέγετε· Δαιμόνιον ἔχει. Ὅτι οὗτοι γὰρ ἀπιστοῦντας καὶ πρὸς τὰ ἀληθῆ δυσχερεῖς καὶ δυσενδότους εἰκὸς ἦν διὰ τὸν εἰρημένον τοῦ Ἰωάννου βίον τοιαῦτα αὐτὸν βλασφημεῖν, ὡς ἐμπαλιν τοὺς συνησθημένους τῆς κατ' αὐτὸν ἀρετῆς ἄγγελον ὑπολαμβάνειν. Ταῦτα γοῦν ἡγοῦμαι τοῖς τὸν Ἰωάννην ὁρῶσι θαῦμα περὶ αὐτοῦ παρασχεῖν· διὸ καὶ συνέτρεχον πανταχόθεν ἐπὶ τὴν δι' αὐτοῦ κηρυττομένην τῆς ψυχῆς κάθαρσιν. Μέννηται δὲ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας Ἰωσήπος ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας, τοῦτον γράφων τὸν τρόπον· « Τισὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἰουδαίων στρατὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ μάλα δικαίως τινυμένων κατὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ καλουμένου Βαπτιστοῦ. Κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσι, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ, καὶ πρὸς Θεὸν εὐσεβεῖα χρωμένοις βαπτισμῶ συνίεναι· οὕτω γὰρ δὴ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φαίνεσθαι. »

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ἐπι περὶ τῆς ἐρήμου, καὶ αὐτοῦ δὴ ὀνομασθεῖ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ, παρ' ᾧ Ἰωάννης ἐβάπτισεν.

« Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα· ἀγαλλιᾶσθω ἔρημος, καὶ ἀνθίστω ὡς κρίνον, καὶ ἐξανθήσει, καὶ ἀγαλλιᾶσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμηλοῦ, καὶ ὁ λαὸς μου ὄψεται τὴν δόξαν Κυρίου· » οἷς ἐπιλέγει· « Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνεμῆναι, καὶ γόνατα περπαλεῦμένα· παρακαλέσατε, οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταποδίδωσι. Αὐτὸς ἤξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὡτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἀλείψαι ὡς ἔλαφος ὁ κωφῶν, γλώσσαι ἐσθῆται ὡς βοῦν· ὅτι ἐβράβη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ γάραγξ ἐν γῆ διψώσῃ. » Καὶ ταῦτα διὰ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφανῶς παραδόξων ἔργων ἐπληροῦτο μετὰ τὸ Ἰωάννου κήρυγμα. Ὅρα τοιγαροῦν, ὅπως τὴν ἔρημον εὐαγγελίζεται, οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ τὴν τοχοῦσαν, ἀλλ' ἐκεῖνην ἀφωρισμένως, καὶ μόνην τὴν παρὰ τῷ Ἰορδάνῳ ποταμῷ· ἐπειδὴ περὶ παρὰ ταύτῃ διατρίβων ὁ Ἰωάννης ἐβάπτισεν, ὡς ἡ Γραφή μαρτυρεῖ, λέγουσα· « Ἐγένετο Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ βαπτίζων, καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυμίται πάντες, καὶ ἐβαπτίζοντο ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῳ. Τὴν μὲν οὖν ἔρημον, τῆς πάλαι πάντων τῶν κατὰ Θεὸν ἀγαθῶν ἐρήμου, λέγω δὴ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, σύμβολον περιέχειν ἡγοῦμαι, τὸν δὲ ποταμὸν τὸν ἐπὶ τῆς ἐρήμου, καθάροντα πάντας τοὺς ἀπολουομένους ἐν αὐτῷ, καθαρῶν τινος εἶναι

⁴¹ Ma. ach. iii, 1. ⁴² Matth. xi, 18. ⁴³ Isa. xxxv, 1, 2. ⁴⁴ ibid. 3-6. ⁴⁵ Marc. i, 8.

κατὰ διάνοιαν θεωρουμένου εικόνα, περὶ οὗ διαλα-
 λουσίην αἱ Γραφαὶ λέγουσαι· (Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὀρ-
 μήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ.) Σημαί-
 νει δὲ τοῦτο τὴν ἀνάσιν ἐπιβροχὴν τοῦ θεοῦ Πνεύ-
 ματος, ἀνωθεν πηγάζοντος, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πόλιν
 ἄρδοντος, οὕτω καλουμένης τῆς κατὰ Θεὸν πολι-
 τείας. Οὗτος δὴ οὖν ποταμὸς τοῦ Θεοῦ καὶ μέχρι
 τῆς ἐρήμου κατελήλυθε, ὀγλαδὴ τῆς ἐξ ἔθνων Ἐκ-
 κλησίας, καὶ ταύτη τῶν ἐν αὐτῷ ζωτικῶν ναμά-
 των εἰσέτι νῦν ἐπιχορηγεῖ. Πρὸς τοῦτοις ἡ προφη-
 τία τῆς ὀγλαθείας ἐρήμῳ δοθήσεσθαι φησι τὴν
 δόξαν τοῦ Λιθάνου, καὶ τὴν τιμὴν τοῦ Καρμῆλου.
 Τίς δ' ἔστιν ἡ δόξα τοῦ λιθάνου ἢ ἡ διὰ θυσίων,
« Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, κήρυσε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ. Ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς σου ἐρχεται σοι δίκαιος καὶ σώζων, αὐτὸς πραῦς, καὶ ἐπιθετικῶς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. Καὶ ἐξολοθρεύσει ἄρματα ἐξ Ἐφραῖμ, καὶ ἵππον ἐξ Ἱερουσαλήμ· καὶ ἐξολοθρευθήσεται τόξον πολεμικόν, καὶ πλῆθος εἰρήνης ἐξ ἐθνῶν, καὶ κατάρξει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν εἰς διεκβολὰς γῆς. » Ταῦτα μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τοῦ Ζαχαρίου εἰς τὰ ὕστατα τῶν προφητῶν θεασάμενος, οὐδεὶς μετὰ τοῦ τῆς προφητείας χρόνου βασιλεὺς παρὰ Ἰουδαίους γεγωνὸς ἱστορεῖται, ὅσον ἡ προφητεία παρίστανει, εἰ μὴ μόνος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καθ' ὃν καὶ αὕτη τέλους ἐτύγχανεν ἡ πρόβησις, ὅτε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς πρὸς λέξιν εἰπὼν· « Πορευθέντες εἰς τὴν ἀπέναντι κώμην, εὐρῆσατε θνον καὶ πῶλον δεδεμένον. Λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε· καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Τί ποιεῖτε; εἰπατε αὐτῷ· Ὁ Κύριος αὐτῶν χρεῖαν ἔχει. Καὶ ἀπελθόντες ἐκείνοι ἐποίησαν καθ' ὃ προσέταξεν αὐτοῖς. » Τὰ μὲν οὖν τῆς προβήσεως καὶ τὰ τοῦ συμπεράσματος τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τί δὲ ἄρα ἐβούλετο σημαίνειν ἡ ἐπὶ θνῷ ὄχθις αὐτοῦ ἀλλ' ἢ τὴν ταπεινὴν καὶ ἄδοξον αὐτοῦ παρουσίαν, καθ' ἣν ἐποίησατο τὴν πρῶτην ἀφίξιν; οὕσης γὰρ καὶ δευτέρας ἐνδόξου, περὶ ἧς καὶ Δανιὴλ γυμνότερον ἐκκαλύπτων τὴν θεωρίαν

¹ Zachar. ix, 9, 10. ² Matth. xxi, 2, 3, 6; Marc. xi, 1-6; Luc. xix, 30-34.

εἶρκεν · εἰ Ἐθεώρου ἐως οὗτο θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο. Χίλια χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύρια μύριαδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος. Καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχή, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλώσσαι αὐτῷ δουλεύουσιν. Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. Ὁ μὲν τῆς πρώτης ἀφίξεως τῆς ἐνανθρωπικωτέρας καὶ ταπεινῆς μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο ἔχει μέγα δαίγμα καὶ σημεῖον, τὸ πρῶτον λέγεσθαι καὶ ἡσύχιον, ἤξειεν τε δούμενον ὑποζυγίῳ προφητεύεσθαι· τοῦτο γὰρ κοινὸν καὶ ἀνθρωπίνου βίου γένοιτο· ἂν τεκμήριον· τὰ δὲ τῆς δευτέρας καὶ ἐνθέου λαμπρότατα δηλοῦται διὰ τῆς ἐπὶ νεφελῶν οὐρανοῦ παρακομιδῆς, καὶ τῆς αἰώνιου πάντων τῶν ἐθνῶν βασιλείας. Καὶ ἦν γε καλὸν ἀμφοτέρας παραθεῖναι τοὺς ἐκ περιτομῆς, λόγον τε αὐτοῦ ἀπαιτῆσαι, πῶς ἂν σώσαιεν τὰς προφητείας, μίαν ἀφίξιν Χριστοῦ προσδοκῶντες· ἐπεὶ γὰρ ἑκατέραν τῶν παραθεθεισῶν προφητειῶν καὶ αὐτοὶ τὸν Χριστὸν ὄραν ἀπολογούσιν, ὥρα λέγειν, καὶ πυνθανομένους ἡμῖν ἀποκρίνασθαι, πῶς οἶόν τε ὑφ' ἑνα καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ ὑπὸ μίαν ἀφίξιν, ἐπὶ νεφελῶν οὐρανοῦ φέρεσθαι τὸν αὐτὸν, καὶ ἐπὶ ὑποζυγίῳ καὶ πώλου νέου ὀχεῖσθαι. Ἐπὶ πολὺ γὰρ ταῦτα διέστηκεν ἀλλήλων. Μύριας δ' οὖν τοιαύτας καὶ ἄλλας περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείας συναγαγὼν, παραθεῖς τε καὶ συγκρούσας τὰ διαφόρως σημαινόμενα, ἐναργέστατα καταλήψῃ τινὰς μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας δηλώματα περιεχούσας, πεπληρωμένας κατὰ τὴν πρώτην ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, τινὰς δὲ εἰς τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ ἐνδοξον ἀφίξιν ἀναφερομένας. Ἐξυλόθρευσε γὰρ λεληθότως ἄρματα, καὶ ἵππον, καὶ πᾶν τόξον πολεμικὸν ἢ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνθεοῦ δύναμις, κατὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν, ἐκ τῆς σωματικωτέρας Ἱερουσαλήμ, καὶ τοῦ καλουμένου Ἐφραῖμ λαοῦ· διδὲ ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο οὐκ ἔτι συνέστη αὐτῶν τὸ βασίλειον, οὐδὲ ἡ πάλαι ἐν πολέμοις ἰσχύσασα παρασκευὴ τε αὐτῶν καὶ ὀπλιτικὴ δύναμις. Καλῶς δὲ ἐν τούτοις τὸν πάντα τῶν Ἰουδαίων λαὸν Ἐφραῖμ ὀνόμασεν, ἀλλ' οὐχὶ Ἰσραὴλ, οὐδὲ Ἰούδα, ἵνα μὴ τὰς σεμνοτέρας διαβάλλοι προσηγορίας. Εὐροὶς δ' ἂν καὶ ταῖς ἄλλαις προφητεῖαις τὸ πᾶν ἔθνος Ἐφραῖμ μετὰ πολλῆς διαβολῆς καὶ κατηγορίας ὀνομασμένον, ὡσπερ καὶ νῦν. Μετὰ γοῦν τὴν ἀπὸ Βαβυλώνας ἐπάνοδον, μηκέθ' ὁμοίως, ὡς τὸ πρὶν, διηρημένου τοῦ λαοῦ, τίνας ἦν εἰκὸς δηλοῦσθαι διὰ τοῦ Ἐφραῖμ ἢ αὐτοῦ τοὺς τὴν Ἱερουσαλήμ οἰκοῦντας; ὦν τὴν πολεμικὴν καὶ ὀπλιτικὴν δύναμιν, μέχρι τῶν Ῥωμαϊκῶν χρόνων διαρκέσασαν, ἢ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσία ἐνθέου καὶ ἀποβρόχῃ δύναμει καθέλειν, ὁμοίως τῇ προφητείᾳ. Ταῦτα δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν εὐαγγελίζεται ὁ λόγος, οὐκ ἀπλῶς χαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα χαιρεῖν αὐτῇ παρακλεούμενος διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου εἰς αὐτὴν παρουσίαν, ἣν καὶ θυγατέρα

A apertius prodens quæ contemplanda sint, exponit : « Aspiciebam donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Millia millium ministrabant ei, et decies millies dena millia astabant in conspectu ejus. Et ecce cum nubibus cæli quasi Filius hominis veniens. Et usque ad Antiquum dierum pervenit : et datus est ei principatus, et honor, et regnum. Et omnes populi, tribus, linguæ, serviunt ei. Potestas ejus, potestas æterna, quæ non præteribit, et regnum ejus non corrumpetur ». Verum ea quidem, quæ ad primum adventum pertinent, qui et humanior et abjectior fuit, cum aliis, hoc quoque argumenti signique habent, quod mansuetus et placidus futurus dicatur, venturusque insidens jumento eodem oraculo declaretur : hoc enim communis humanique victus argumentum fuerit. Quæ vero ad alterum illum et divinitatis amplius præ se ferentem, manifestissime indicantur per illam in nubibus cæli advectionem, perque illud æternum in omnibus gentibus regnum : nec sane ab re fuerit utrumque Judæis proponere, rationemque ab illis postulare, quoniam pacto, si unum duntaxat Christi adventum expectant, prophetias suas sibi velint constare : nam cum utramque earum, quæ expositæ sunt, ad Christum pertinere ipsi quoque fateantur, dicant quæso, et interrogantibus nobis respondeant, qui fieri possit ut uno eodemque tempore, sub unum eundemque adventum, idem et in nubibus cæli feratur, et jumento pulloque adolescente insidens vehatur. **457**

C Longe enim hæc a se invicem distant : quapropter si tu quoque innumerabiles alias his similes de Christo prophetias collegeris et contuleris, et earum significata diversa simul contenderis, alias quidem earum invenies primi illius adventus vaticinia comprehendere, quæ etiam sub eundem primum completa sunt, alias vero ad secundum eundemque gloriosum referri oportere. Et currus enim et equum et omnem arcum bellicum Salvatoris nostri divina virtus in priore ipsius adventu, de illa ad corpus umbramque pertinente Jerusalem, deque eo qui Ephrem vocatur populo, latenter ejecit ac perdidit : quare ex illo ad hunc usque diem nusquam amplius illorum regia dignitas constat, neque eorumdem qui olim valebat in bellis, apparatus et in armis virtus. Sapienter vero in his omnem Judæicum populum Ephrem nominavit, non autem Israel, neque Juda, ne veneratione digniores calumniæ appellations. Invenies autem in aliis quoque prophetiis totam gentem Ephrem cum multa calumnia et accusatione nominari, sicut hic quoque. Cum igitur post reditum de Babylone non amplius itidem ut prius in tribus divisus esset populus, quos tandem per Ephrem merito significari intellexeris, nisi eos qui ipsam Jerusalem habitarent? quorum in bellis et in armis egregiam virtutem, quæ usque ad Romana tempora vigans fuit, Salvatoris nostri

* Dan. vii, 9-14.

adventus, sicut in prophetia dictum fuerat, divina et ineffabili virtute delevit. Proinde collectam de gentibus Ecclesiam oraculum evangelice instruit ac monet, non ut simpliciter gaudeat, sed ut vehementer gaudeat, quippe quod illam ad id faciendum exhortetur propter Dei Verbi ad ipsam adventum, quam item cœlestis Sion, aut etiam prioris congregationis filiam vocat, propterea quod nos omnes qui ex gentibus profecti in Christum Dei credidimus, Christi apostolorumque ejus proles et filii sumus, utpote qui de Judæorum congregatione tanquam de matre orti simus: nam etiam quod sequitur, in Salvatoris nostri adventu completum esse constat. Quis enim ignorat ejusmodi pacem ex gentibus post adventus illius tempora exstitisse, cujusmodi nunquam antea fuisset? neque enim ut prius, sic nunc civitates a civitatibus oppugnantur, neque gentes cum gentibus colliduntur, neque vero ut priscis temporibus, sic nostris vita hominum inquieta instabilisque est, **458** quippe cum neque Athenienses contra Lacedæmonios ferantur, neque Syri adversus Phœnicas, neque Arabes in Palæstinos, neque item Ægyptii adversus finitimos militiam exercent. Sed ex illo in hunc usque diem, Deo favente, in unum omnia coivere, et revera, sicut in prophetia dictum fuerat, abundantia pacis ex gentibus prodiit, et unus Jesus, et ab ipso denuntiatur evangelicæ doctrinæ verbum, principatum, a mari usque ad mare, hoc est ab oriente sole usque ad occidentem, et a fluminibus ad exportationes terræ, sicut ea significaverant, quæ apud prophetam prædicta sunt, accepit; quæ sane Aquila quoque in hunc modum interpretatus est: « Et loquetur pacem in gentibus, et potestas ejus a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad fines terræ. » Tu vero hæc comparato cum illis quæ in psalmo continentur, qui inscriptus est in Salomonem, quæ videlicet de filio regis ex semine Salomonis oriundo dicuntur; de quo is psalmus ita loquitur: « Et dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad fines orbis terræ. » Porro idem hic psalmus eam item quæ hic significatur, pacem, sic futuram describit: « Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis. » Isaias quoque cum his ipsis concordat, cum ait: « Et confabunt gladios suos in vomeres, et lanceolas suas in fauces. Et non sumet amplius gens in gentem gladium, et non discent ultra bellum gerere. » Cæterum Michæam quoque invenies iisdem consentanea dicentem, itemque alios ex prophetis multos. Si vero diligenter, ut alias dixi, tempora observaveris, facile intueri poteris, quemadmodum ab Augusti temporibus, et a Salvatoris nostri adventu, qui per ea tempora emicuit, cum ad unum redactum Romanorum imperium omnia obtinisset, veteres gentium differentiæ, et multiplices principatus aboliti sunt, atque ex illo in hunc modum, quæ ad pacem pertinerent, quam prophetæ prædixerant, ea finem suum contingere cœperint. Cæterum hactenus quidem cœpit, tempus autem veniet, cum plenissime prophetia complebitur, ubi gentium plenitudo ingressa illud fuerit, quod a sancto Apostolo dictum est *.

τῆς ἐπουρανίου Σιών, ἣ καὶ τῆς προτέρας συναγωγῆς ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ πάντας ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότας γεννήματα εἶναι καὶ τέκνα Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, οἷα ἐκ μητρὸς τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς προελθόντας. Καὶ τὸ ἐξῆς δὲ ἐπληροῦτο ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίᾳ. Εἰρήνη γοῦν ἐξ ἐθνῶν γέγονεν ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ, οἷα οὐδεπώποτε οὐκ ἔτι γοῦν πόλεις πόλεσιν, ὡς τὸ πρὶν, πολεμοῦσιν, οὐδὲ ἔθνη ἔθνεσι συρράσσουσιν, οὐδ', ὡς τὸ παλαιόν, ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἀκαταστατεῖ, οὐδ' Ἀθηναῖοι μὲν Λακεδαιμονίους ἐπιστρατεύονται, Σύροι δὲ Φοινίξιν, Ἀράβιοι δὲ Παλαιστίνους, καὶ Αἰγύπτιοι τοὺς πλησιοχώρους. Ἦνωται δὲ ἐξ ἐκείνου σὺν Θεῷ τὰ πάντα, καὶ ἀληθῶς πλήθος εἰρήνης ἐξ ἐθνῶν ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο γέγονεν, ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ. Μόνος δὲ Ἰησοῦς, καὶ ὁ δὲ αὐτοῦ κηρυχθεὶς τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας λόγος ἤρξεν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἕως θαλάσσης, ἀπὸ τῆς ἑω εἰς τὸν καταδυόμενον ἥλιον, καὶ ἀπὸ ποταμῶν εἰς τὰς διεκβολὰς τῆς γῆς, ἀκολούθως τοῖς ἐν τῷ προφήτῃ προλελεγμένοις. Ἄπειρ καὶ ὁ Ἀκύλας ὡδὲ πως ἡρμήνευσεν εἰπών· « Καὶ λαλήσει εἰρήνην ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς γῆς. » Ταῦτα δὲ τοῖς ἐν τῷ ψαλμῷ σύγκρινον τῷ ἐπιγεγραμμένῳ εἰς Σολομῶνα περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως, δηλαδὴ τοῦ ἐκ σπέρματος Σολομῶνος προελευσμένου, λεγομένου, περὶ οὗ φησὶν ὁ ψαλμὸς· « Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. » Σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἐνταῦθα δηλουμένην εἰρήνην ὁ αὐτὸς ψαλμὸς φάσκων· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. » Καὶ Ἡσαίας δὲ τοῦτοις συντρέχει δι' ὧν φησι· « Καὶ συγκόψουσι μάχαιρας αὐτῶν εἰς ἀροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα. Καὶ οὐ λήψεται ἔτι ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Εὐροὶ δ' ἂν καὶ Μιχαῖαν τοῦτοις συνάδοντα, καὶ ἄλλους πλείους τῶν προφητῶν. Ἐπιστήσας δὲ, ὡς ἔφη, τοῖς χρόνοις, δυνήσῃ συνιδεῖν, ὡς ἀπὸ τῶν Αὐγούστου χρόνων, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐπιλαμπάσης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας, τῆς Ῥωμαίων μοναρχίας ἐπικρατησάσης, αἱ πάλοι τῶν ἐθνῶν διελύθησαν διαστάσεις καὶ πολυαρχίαι, καὶ τόνδε ἐξ ἐκείνου τρόπον τέλους ἤρξατο τυγχάνειν τὰ τῆς προφητευσμένης εἰρήνης. Ἄλλῃ νῦν μὲν τέως ἤρξατο, ἔσται δὲ ὅτε πληρέστατα ἡ προφητεία συμπρασθῆσεται, ἐπὶ τὸ πλῆρωμα τῶν ἔθνῶν εἰσέλθῃ τὸ πρὸς τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου δεδηλωμένον.

* Psal. lxxi, 8. * ibid. 7. * Isa. ii, 4. * Rom. xi, 25.

'Από τοῦ ψαλμοῦ ριζ'. — Περὶ ὧς ἀνὰ τῷ υἱῷ **A 459** A psalmo cxvii. — De acclamatione, Hosanna filio David, ἐπιφωνήματος.

« Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἐστὶ θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Αὕτη ἡ ἡμέρα ἦν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. Ὁ Κύριε, σῶσον δὴ, ὦ Κύριε, εὐδώσον δὴ. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Θεὸς Κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. » Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰσελθόντος ποτὲ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ὅτε κατὰ τὴν πρὸ ταύτης προφητείαν ὀχούμενος ὄκω τὴν ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ πρόβρῃσιν ἐπλήρου, κατὰ τὸν θεῖον εὐαγγελιστὴν, οἱ ὄχλοι προάγοντες αὐτὸν καὶ ἀκολουθοῦντες ἐπευφήμουν λέγοντες · « Ὡς ἀνὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὡς ἀνὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. Ὅτε καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις λεγόντων · Τίς ἐστὶν οὗτος; Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον · Οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης Ἰησοῦς, ὁ ἀπὸ Ναζαρεθ τῆς Γαλιλαίας. » Ἐπεὶ τοίνυν ἐκ τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ εἰρηται, τὸ, Ὡς ἀνὰ, ὅπερ ἐρμηνευθὲν δηλοῖ, Σῶσον δὴ, τὸ δὲ Ἑβραϊκόν, Ἀνὰ Ἀδωναὶ ὡς ἀνὰ, περιέχει. Ἄλλα καὶ τὸ, « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, » ἐπειδὴ περ καὶ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ψαλμοῦ μετελιηται, ταῦτα δὲ σαφῶς ἐπὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἀνενήνεχται· εἰκότως εἰς αὐτὸν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς προρρήσεως ἐξελεῖψαμεν. Οὗτος γὰρ ὢν τυγχάνει εὐλογημένος, ὁ καὶ δι' ἐτέρου προφήτου ὀνομασμένος ὁ ἐρχόμενος, τοῦ φησαντος · « Ἐτι μικρὸν, καὶ ὁ ἐρχόμενος ἔξει, καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ, » ὅς καὶ ἐλήλυθεν ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς αὐτοῦ. Αὐτὸς δ' ἂν εἴη καὶ « Θεὸς Κύριος ὁ ἐπιφανὴς ἡμῖν. » Ἐν ὀνόματι γοῦν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ὀμολογεῖ ἐληλυθῆναι λέγων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους · « Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς μου, καὶ οὐ λαμβάνετε με · ἄλλος ἐλθὼν ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψετε. » Αὐτὸς δὲ ὅν ὁ ἐπιφανὴς ἡμῖν Θεὸς Κύριος, ὁ εὐλογημένος, ὁ ἐλθὼν ἐν ὀνόματι Κυρίου, αὐτὸς ἦν καὶ ὁ λίθος, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ πάλαι πρότερον τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν διὰ τῆς Μωσαϊκῆς διδασκαλίας οἰκοδομοῦντες, ὃς καὶ ἀποδοκιμασθεὶς ὑπ' αὐτῶν, εἰς κεφαλὴν ἐτέρας γωνίας τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας κατέστη, ἦν ὡς μὴ τοῖς πᾶσιν ὀρωμένην, μόνοις δὲ τοῖς προφητικαῖς ὀφθαλμοῖς, θαυμαστὴν εἶναι φησὶν ὁ λόγος φάσκων · « Καὶ ἐστὶ θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. » Τὴν δὲ ἐπιφάνειαν αὐτοῦ πάλιν ἡμέραν ὀνομάζει, ἦν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἐπεὶ καὶ φῶς ἦν αὐτὸς τὸ ἀληθινόν, καὶ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἡμέρα τοῦ Θεοῦ, ἐν ἧ γένοιτο καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν · « Αὕτη ἡ ἡμέρα ἦν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. » Καὶ τούτων δὲ τούτων συντεταγμένων τὸν τρόπον, κειρὸς καὶ ἐπὶ τὰς περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ μεταθῆναι προφητείας.

ea. » Cæterum cum hæc a nobis in hunc modum breviter comprehensa sint, tempus jam fuerit, ad eas quæ de passione illius loquuntur, prophetias, transire.

« Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Hæc dies quam fecit Dominus, exsulemus et lætemur in ea. O Domine, salvum fac jam nunc; o Domine, da profectum jam nunc. Benedictus qui venit in nomine Domini: [Benediximus vobis de domo Domini:] Deus Dominus, et illuxit nobis ¹⁰. » Salvatore nostro Jesu Christo ingresso quondam in urbem Hierosolyma, quo tempore, sicut propheta, quam proxime ante hanc exposuimus, continet, dum asello insidens vehitur, fidem huic rei faciente evangelista, vaticinium quod est apud Zachariam complevit, turbæ quæ præbant et quæ sequebantur, acclamabant benedicentes: « Hosanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimis. Quo etiam tempore cum intrasset Hierosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dicebant: Hic est propheta Jesus a Nazareth Galitææ ¹¹. » Quoniam igitur ex proximo psalmo dictum est illud, hosanna, quod si interpreteris, significat, salvum fac jam nunc, et Hebraicus contextus, Anna Adonai hosanna, habet, necnon illud: « Benedictus qui venit in nomine Domini, » ipsum quoque ab eodem psalmo est acceptum, et hæc ipsa plane ad Christum Deum referri constat: merito ad eundem reliqua quoque ejusdem vaticinii hoc in loco retulimus. Hic enim est ille benedictus, qui ab alio propheta veniens est nominatus, ubi sic ait: « Adhuc modicum, et veniens veniet et non tardabit ¹², » qui item venit in nomine Dei et Patris sui. Idem vero fuerit etiam « Deus Dominus qui illuxit nobis. » Itaque in nomine Patris sui confitetur se venisse ad Judæos, dicens: « Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me. Alius cum venerit in nomine proprio, illum accipietis ¹³. » Hic ipse igitur, qui illuxit nobis Deus Dominus benedictus, qui venit in nomine Domini, lapis ille fuit, quem reprobaverunt, qui quondam antea populum circumcissione signatum, **460** per Mosaicam doctrinam ædificabant: qui item ab illis reprobatus in capite alterius anguli, collectæ utique de gentibus Ecclesiæ, est constitutus, quam sane Ecclesiam, non ut eam quæ ab omnibus, sed ut eam quæ ab unis propheticis oculis cernatur, admirabilem esse, ait oraculum, ubi sic ait: « Et est mirabile in oculis nostris. » Adventum vero ejus, rursus diem nominat, quam fecit Dominus, quandoquidem ipse etiam lux fuit vera, et sol justitiæ, et dies Dei, in qua utinam nobis quoque dicere liceat: « Hæc dies quam fecit Dominus, exsulemus et lætemur in

¹⁰ Psal. cxvii, 22-26. ¹¹ Matth. xxi, 9-11. ¹² Habac. ii, 3 ¹³ Joan. v, 43.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ
BIBLION ΔΕΚΑΤΟΝ.

—

EUSEBII PAMPHILI
DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ
LIBER DECIMUS.

461 HÆC INSUNT IN DECIMO LIBRO A ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ Τῷ ΔΕΚΑΤῷ ΣΥΓΓΡΑΜ-
 EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO ΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ
 DEMONSTRATIONIS. ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

De Juda proditore, et futura cum eo adversus Christum conspiratione, ex subnotatis divinæ Scripturæ locis.

1. A psalmo xl.
2. A psalmo liv.
3. A psalmo cviii.
4. A Zacharia.
5. A Jeremia.

De iis quæ sub illius passionis tempus evenere.

6. Ab Amos.
7. A Zacharia.
8. A psalmo xxi.

PROCEMIUM.

Post exposita oracula de illius Dei ad homines accessu, qui antea nuntiabatur venturus, invitat jam nunc tempus nos, ut de iis disseramus, quæ consideranda sunt in ejusdem de vita humana discessu, videamusque diligenter, quæ rursus ea forent, quæ illi ab initio et a prophetis usque temporibus eventura **462** canerentur, ac primum ea putamus esse tractanda, quæ ad illos pertinent, qui illi mortem ac cædem machinati sunt, quæ sane non parvam rerum hoc loco propositarum sibi vindicant partem : sed antequam ad id veniamus, ea nobis firmiter tenenda sunt, quæ plerumque diximus de dispensatione, quæ omnes illius rationes complexa est, in qua illud considerari solet, quod alia sunt quæ ad ejusdem divinitatem, alia quæ ad assumptam humanitatem pertinent. Alias enim induci solet tanquam et Dei Verbum, et Dei virtus, et Dei sapientia : item magni consilii Angelus, magnusque et æternus Pontifex, qui ut omnia quæcunque genita sunt et sint id quod sunt, et in eo con-

Περὶ τοῦ Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ κατὰ τοῦ Χριστοῦ γενησομένης συσκευῆς, ἐκ τῶν ὑποσημειωμένων Γραφῶν.

- α'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ μ'.
- β'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ςδ'.
- γ'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ρη'.
- δ'. Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.
- ε'. Ἀπὸ τοῦ Ἰερემίου.

Περὶ τῶν ἀμφὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ συμβεβηκότων.

- ς'. Ἀπὸ τοῦ Ἀμώς.
- ζ'. Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.
- η'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ κα'.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

B Μετὰ τὰς ἀποδοδομένας προβόσεις περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεως τοῦ προκηρυττομένου Θεοῦ καλεῖ δὴ καιρὸς καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ ἐξ ἀνθρώπων αὐτοῦ βίου διεξελθεῖν, συνιδεῖν τε αὐθις οἷα συμβήσεσθαι περὶ αὐτῶν ἀνωθεν ἐκ τῶν προφητικῶν ἐθεσπίζετο χρόνων. Πρῶτα δὲ διελεύσομαι τὰ περὶ τῶν τὸν θάνατον αὐτοῦ συσκευησαμένων, μέρος εὐ μικρὸν τυγχάνοντα τῆς προκειμένης προτάσεως. Πρὸ δέ γε τοῦ λόγου τὰ πολλάκις ἡμῖν εἰρημένα περὶ τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας τηρητέον, ὅτι δὴ τὰ μὲν κατὰ τὴν θεότητα αὐτοῦ, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐπινοεῖται. Πῆ μὲν γὰρ εἰσάγεται Λόγος ὢν Θεοῦ, καὶ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία· μεγάλης τε βουλῆς ἀγγελος, μέγας τε καὶ αἰώνιος ἀρχιερεὺς, ὑπὲρ τῆς τῶν γεννητῶν ἀπάντων οὐσιώσεώς τε καὶ σωτηρίας ἰερωμένου, καὶ υἱοῦμένου τὸν Πατέρα· πῆ δὲ ὁ Ἀμώς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἀγόμενον. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἀνθρώπειον σκῆνος, ὃ δίκην ἀμνοῦ καὶ προβάτου ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀγέλης, οἷα τις ἀρχιερεὺς, ἀναλαβὼν,

καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καλλι-
 ερησάμενος, προσηγάγετο τῷ Πατρὶ, δι' οὗ καὶ τῆ
 τῶν ἀνθρώπων ὠμίλησε φύσει, οὐκ ἄλλως δυναμένη
 λόγου Θεοῦ καὶ δυνάμειος ἀσωμάτου καὶ νοερᾶς ἐπη-
 κόψ γενέσθαι, οὐδέ τι μείζον σαρκῶν καὶ σωμάτων
 δι' ὀφθαλμῶν σαρκὸς ἐπινοῆσαι. Ὅσα τοίνυν ἐπὶ τὸ
 ταπεινότερον δόξειεν ἐν τοῖς προκειμένοις περὶ αὐτοῦ
 λέγεσθαι, ταῦτα τὸν Ἀμνὸν ὄραν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἰφροντα
 τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ τὸ σῆνος τὸ ἀνθρώ-
 πειον ὑποβάλλει νοεῖν. Ἀμνὸς μὲν γὰρ ἦν αἰφρον
 τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, κατὰ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάν-
 νην τὸν λέγοντα· « Ἴδὲ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἰφρον
 τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· » ἀμνὸς δὲ ἦν καὶ ὁ ἐπὶ
 σφαγῆν ἀγόμενος, κατὰ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐα λόγιον
 γέσκον· « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἤχθη, καὶ ὡς
 ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἀφωτός. » Περὶ τοῦ
 αὐτοῦ δὲ ὡς περὶ ἀμνοῦ ἐλέγετο καὶ τὸ, « Ἀπὸ τῶν
 ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ μου ἤχθη εἰς θάνατον· » ἔδει γὰρ
 τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ τὸν ὑπὸ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως
 ἀναληφθέντα ὑπὲρ τῶν λοιπῶν συγγενῶν ἀμνῶν, καὶ
 ὑπὲρ πάσης τῆς ἀνθρωπίνης ἀγέλης θυσίαν τῷ Θεῷ
 προσαχθῆναι. « Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θά-
 νατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἡ ἀνάστασις ἣ ἐκ νεκρῶν, »
 φησὶν ὁ Ἀπόστολος· καὶ « ὡς περὶ δι' ἐνὸς παραπτώ-
 ματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω
 καὶ δι' ἐνὸς δικαιοῦματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς
 δικαιοσιν ζωῆς· » ἔθεν καὶ αὐτὸς τοὺς μὲν ἑαυτοῦ
 μαθητὰς ζωὴν καὶ φῶς καὶ ἀλήθειαν ἑαυτὸν εἶναι,
 καὶ τὰς λοιπὰς ἐπινοίας τῆς κατ' αὐτὸν θεολογίας
 ἐπαίδευε, τοῖς δὲ ἀμυήτοις τῶν κατ' αὐτὸν ἀπορήτων
 εἰεγε· « Τί με ζητεῖτε ἀποκτείνειν ἀνθρώπον, ὃς τὴν
 ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; » Ὅσπερ οὖν τὰ τῆς θεολο-
 γίας ἰδιώματα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδόδοται, τὸν
 ὅμοιον δὴ τρόπον κἀναυθα τοῦ ἀμνοῦ τὰ ἀνθρω-
 ποπαθῆ παραστήσεται, τῶν πρὸ τοῦ πάθους αὐτοῦ
 μέσων ὄντων, ὅμοι τε ἀμφο, τὰ τε κατὰ τὸν Θεὸν
 καὶ τὰ κατὰ τὸν ἀνθρώπον αὐτοῦ περιειληφότων.
 Τοῦτων χρησίμως ἡμῖν προτετηρημένων, ἦδη καὶ
 τῶν λογίων αὐτῶν ἐφαψόμεθα, περὶ τῆς Ἰούδα τοῦ
 προδότου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ κατὰ τοῦ Χριστοῦ γενο-
 μένης συσκευῆς, περὶ τε τῶν ἀμφὶ τὸν καιρὸν τοῦ
 πάθους αὐτοῦ συμβεβηκότων.

quæ mediî cujusdam instar fuere, ad ea quæ passionem illius antecesserunt, et utraque simul tum
 ea quæ ad Deum pertinent, tum ea quæ ad hominem, qui ille erat, complexa sunt. Postquam igitur
 hæc a nobis non inutiliter observata, retentaque sunt, jam tum ipsa etiam oracula aggredi tempus
 esse videatur, quæ et Judam proditorem, cumque eo futuram adversus Christum conspirationem, et quæ
 illi sub ipsum passionis tempus eventura erant, significabant.

Ἀπὸ ψαλμοῦ μ'. — Περὶ Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος
 ἡμῶν ἐπιβουλὴν συσκευασαμένων.

« Μακάριος ὁ συνὸν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, ἐν
 ἡμέραι πονηρᾶ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. Κύριος δια-
 φυλάξει αὐτὸν, καὶ ζήσει αὐτὸν, καὶ μακαρίσει αὐτὸν
 ἐν τῇ γῆ, καὶ μὴ παραδῶ αὐτὸν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν
 αὐτοῦ. Κύριος βοηθήσει αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐ-
 τοῦ, ὄλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἐστρεψας ἐν τῇ ἀβύσσῳ
 αὐτοῦ. Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν

¹⁵ Joan. 1, 29. ¹⁶ Isa. LIII, 7, ¹⁷ ibid. 8.
 VIII, 40.

A serventur, dum sacro munere fungitur, patrem
 suum exorat. Alias autem tanquam et Agnus Dei,
 qui tollat peccata mundi, et ovis quæ ad eædem
 ducatur. Hoc autem fuit ipsum humanum corpus,
 quod ille instar agni atque ovis, cum de nostro
 grege veluti Pontifex assumpsisset, primitiis hu-
 mani generis fauste feliciterque operatus, Patri
 munus attulit, per quod etiam cum humana natura
 commercium habuit, quæ alioqui neque Dei Ver-
 bum, neque vim incorpoream atque intelligentem
 exaudire aut percipere potuisset, neque quidquam
 supra carnem aut corpus per oculos corporis in-
 tueri. Quæcunque igitur de illo in his quæ nunc
 tractamus, humilius abjectiusque dici videbuntur,
 ea spectare Agnum Dei, qui tollit peccatum mundi,
 corpusque illud humanum, meminisse oportebit.
 Agnus ille quidem fuit, tollens peccatum mundi, ut
 Baptista Joannes dicebat : « Ecce, inquit, Agnus
 Dei, qui tollit peccatum mundi ¹⁵; » agnus item, ad
 eædem ductus, ut est in Isaïæ prophetæ oraculo
 quod ita ait : « Tanquam ovis ad eædem ductus
 est, et tanquam agnus coram tondeute obmutuit ¹⁶. »
 De eodem vero tanquam de agno etiam
 illud dictum est : « Ex peccatis populi mei ductus
 est ad mortem ¹⁷ : » oportebat enim Agnum Dei,
 qui a maximo Pontifice assumptus fuerat, pro re-
 liquis cognatis agnis, et pro omni humano grege,
 Deo victimam afferri. Nam « quoniam per homi-
 nem mors, per hominem etiam resurrectio a mor-
 tuis ¹⁷, » inquit Apostolus, et « sicut per unius de-
 lictum in omnes homines in condemnationem, sic
 per unius justitiam, in omnes homines in justifica-
 tionem vitæ ¹⁸, » ex hoc ipse quoque suis quidem
 discipulis se et vitam, et lucem, et veritatem esse,
 et reliqua **463** omnia quæ ex theologia de illo
 considerantur, ostendebat. Ad profanos autem, et
 arcanorum ipsius expertes dicebat : « Quid me
 quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis
 locutus sum ¹⁹? » Quemadmodum igitur quæ theologi-
 cæ de illo propria sunt, in prioribus libris sunt
 exposita, ita in hoc quæ ad agni humanas affectio-
 nes, patibilemque naturam pertinent, tractabuntur :

D A psalmo XL. — De Juda proditore, et iis qui cum
 eo insidias adversus Salvatorem nostrum con-
 struxere.

« Beatus qui intelligit super egenum et pauperem,
 in die mala liberabit eum Dominus. Dominus con-
 servet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum
 in terra, et non tradat eum in manus inimicorum
 ejus. Dominus opem feret illi super lectum doloris
 ejus. Dominus universum stratum ejus versasti in infirmitate
 ejus. Ego dixi : Domine, miserere mei, sana animam

¹⁷ I Cor. xv, 21. ¹⁸ Rom. v, 18. ¹⁹ Joan.

meam, quia peccavi tibi; inimici mei dixerunt mala A mihi: quando morietur, et peribit nomen ejus? Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor ejus, congregavit iniquitatem sibi, egrediebatur foras, et loquebatur in idipsum²⁰; adversum me susurrabant omnes inimici mei, adversum me cogitabant mala mihi, verbum iniquum constituerunt adversum me, nunquid qui dormit, non adjicies ut resurgat? et enim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem. Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me, et retribuam eis; in hoc cognovi quod voluisti me, quoniam **464** non gaudebit inimicus meus super me, me autem propter innocentiam suscepisti, et confirmasti me in conspectu tuo in æternum²¹. » Quoniam nonnulli suspicati sunt librum Psalmodum, hymnos tantum in Deum et carmina theologica continere, præsentia vero aut de rebus futuris prophetias non item, primum illud erit observandum, quod innumerabilia sunt, quæ in illis futura canuntur, quæ quidem longum esset in præsentia colligere, sed satis fuerit ad hujusce propositi confirmationem, duobus nunc uti psalmis, qui ipsi quidem Asaph inscripti sunt, dicti vero ipsius David temporibus. Tunc enim cum Asaph unus esset ex iis viris sanctis qui psalmos canebant, ut scriptum est in libro qui *Paralipomenon* inscribitur, psalmos qui illi attribuantur, divino afflatus Spiritu enuntiavit. Quid igitur hujusmodi psalmi continent? nimirum vaticinia, quibus Judæorum regni civitatis vastatio prædicitur, quæ vastatio Judæis accidit anno circiter quingentesimo post ejusmodi vaticinium. Ergo psalmus septuagesimus tertius, qui intellectus Asaph inscribitur, ita habet: « Ut quid, Deus, repulisti in finem? iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ? memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio, redemisti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion hic, in quo habitasti in eo, leva manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis, et gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ, posuerunt signa sua signa: et non cognoverunt sicut in exitu desuper, quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum, in securi et vecte dejecerunt eam, incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui²². » Hæc quidem septuagesimus tertius psalmus. Septuagesimus autem octavus, qui ipse quoque est Asaphi, hæc continet: « Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem quasi pomorum custodiam, posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ²³. » Ex his ea quæ prius recitata sunt, dico autem ea, quæ de septuagesimo psalmo accepimus, prædicta sunt adhuc regnante David, antequam templum a Salomone constructum esset. **465** Sed suum finem contingere, non

ψυχὴν μου, ὅτι ἡμαρτόν σοι. Οἱ ἐχθροὶ μου εἶπαν κακὰ μοι· πότε ἀποθάνειται καὶ ἀπολείται τὸ ὄνομα αὐτοῦ; Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτοῦ. Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Κατ' ἐμοῦ ἐφθύριζον πάντες οἱ ἐχθροὶ μου, κατ' ἐμοῦ ἐλογίζοντο κακὰ μοι. Μὴ δὲ κοιμώμενος οὐχὶ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι; καὶ γὰρ ὁ ἀνθρώπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερυσμόν. Σὺ δὲ, Κύριε, ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι τεθέληκός με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῆ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμοί. Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου, καὶ ἐθεδαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς τὸν αἰῶνα. » Ἐπειδὴ τινες ὑπεκλήφασαι τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν ὕμνους μόνον εἰς Θεόν, καὶ ψῆδός θεολογικὰς περιεχεῖν, οὐ μὴν καὶ προφητείας, οὐδὲ μελλόντων προφητείας, τοῦτο πρῶτον ἐπιτηρητέον, ὡς μυρία θεσπίζεται δι' αὐτῶν, ἀ καὶ μακρὸν ἂν εἴη συναγαγεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀρκεῖ δὲ χρῆσασθαι εἰς μαρτυρίαν τοῦ λόγου δύο ψαλμοί· ἐπιγεγραμμένους δὲ κατὰ τοῦ Δαβὶδ χρόνους. Τὸ τηρικῶτα γὰρ εἰς τὴν ἱεροφαλιῶν ὁ Ἀσάφ τυγχάνων, ὅς ἐν τῇ βίβλῳ φέρεται τῶν Παραλειπομένων, τοὺς ἐπιγεγραμμένους αὐτὸν ψαλμοὺς θεῖω Πνεύματι προσεφώνησε. Τί δὴ οὖν περιέχουσιν οἱ ψαλμοί; προβόησεις τῆς πολιουρίας τῆς βασιλικῆς πόλεως τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἧτις γέγονεν ἐγγύς πεντακοσίοις ἔτεσι μετὰ τὴν πρόβόησιν. Λέγει δ' οὖν ὁ ἑβδομηκοστὸς τρίτος ἐπιγεγραμμένος συνέσσω τῷ Ἀσάφ, « Ἴνα τί ἀπίσω, ὁ Θεός, εἰς τέλος; ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου; μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου, ἧς ἐκτίσω ἀπ' ἀρχῆς, ἐλυτρώσω βάρβδον κληρονομίας σου. Ὅρος Σιών τοῦτο, ὃ κατασκήνωσας ἐν αὐτῷ, ἔπαρον τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν εἰς τέλος. Ὅσα ἐπονηρέυσατο ὁ ἐχθρός ἐν τοῖς ἁγίοις σου, καὶ ἐνεκαυχῆσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας σου, ἔθεντο τὰ σημεῖα αὐτῶν σημεῖα· καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὡς εἰς τὴν ἔξοδον ὑπεράνω. Ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων, ἀξίναις ἐξέκοψαν τὰς θύρας αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό, ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέβραξαν αὐτήν. Ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιαστήριόν σου, εἰς τὴν γῆν ἐδεθήλωσαν τὸ σκηνώμα τοῦ ὀνόματός σου. » Ταῦτα μὲν ὁ ἑβδομηκοστὸς τρίτος ψαλμός· καὶ ὁ ἑβδομηκοστὸς δὲ ἑγδοός, τοῦ Ἀσάφ καὶ αὐτὸς τυγχάνων, τάδε περιέχει· « Ὁ Θεός, εἰσῆλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἁγίόν σου. Ἐθεντο Ἱερουσαλήμ ὡς ὀπωροφυλάκιον, ἔθεντο τὰ θνησιματὰ τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὀσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. » Τούτων δὲ τὰ μὲν πρῶτα, λέγω δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ ἑβδομηκοστὸς τρίτου ψαλμοῦ, εἰρητο βασιλεύοντος ἐτι τοῦ Δαβὶδ, πρὸ τοῦ τὸν ναὸν ὑπὸ Σολομῶνος κατασκευασθῆναι· τέλους δὲ ἔτυγεν οὐκ ἄλλοτε ἢ πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίου πολιουρίας, δεύτερον δὲ ἐπὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πρὸς Ἰουδαίους πολέμου· ἕκαστα γὰρ τῶν εἰρημένων ἐπληροῦτο ἐπὶ τε τῆς πρώτης καὶ δευ-

²⁰ Psal. xl, 2-15. ²¹ Psal. lxxiii, 4-7. ²² Psal. lxxviii, 1, 2.

είρας τοῦ ἱεροῦ κατασκαφῆς, προγνωσθέντα καὶ ἀνα-
 φωνηθέντα ἐν τοῖς εἰρημένοις Ψαλμοῖς ὑπὸ τοῦ
 Ἀσάφ. Τὰ δὲ δευτέρα ἀπὸ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ ὀγδόου,
 ἐπληροῦτο κατὰ τοὺς Ἀντιόχου χρόνους, τοῦ κλη-
 θέντος Ἐπιφανοῦς, ὅς, τῆς Συρίας βασιλεύσας, ὑπ-
 ἄγεται μὲν τὰ Ἱεροσόλυμα, μαιίνει δὲ τὸν ναὸν, καὶ
 καθαρῶς τὸ θυσιαστήριον· ἔπειτα τοὺς Ἰουδαίους
 Ἑλληνίζων, πλείστους ὅσους αὐτῶν ἄνδρας καὶ γυ-
 ναῖκας ὑπὲρ τοῦ οἰκείου νόμου καὶ τῆς πατρῴας
 εὐσεβείας ἀνήρει, ποικίλαις προαικιζόμενος τιμωρί-
 αῖς. Εἰς ἐκείνον τοιγαροῦν τὸν καιρὸν, καὶ εἰς τοὺς
 μετὰ ταῦτα τῷ Ἀντιόχῳ τὰ Ἰσα πράξαντας, ἀνα-
 φωνεῖ ὁ Ἀσάφ τὸ ἀπὸ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ ὀγδόου
 ψαλμοῦ. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἡ τῶν καλουμένων
 Μακκαβαίων γραφή, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον·
 « Καὶ προσεπισυνήχθησαν πρὸς Ἰάκειμον καὶ Βακ-
 χίδην συναγωγὴ γραμματέων ἐκζητοῦσα δίκαια. »
 Καὶ ἐξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ὠμοσεν αὐτοῖς λέγων· Οὐκ
 ἐκζητήσομεν ὕμιν κακὸν, καὶ τοῖς φίλοις ὑμῶν· καὶ
 ἐνεπίστευσαν αὐτῷ· καὶ συνέλαβεν ἐξ αὐτῶν ἐξή-
 κοντα ἄνδρας, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ,
 κατὰ τὸν λόγον Ἀσάφ ὃν ἔγραψεν, ἔδωκαν τὰ θνησι-
 μαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ
 οὐρανοῦ, σάρκας ὄσιων σου τοῖς ζώοις τῆς γῆς, αἰ-
 ματα αὐτῶν ἐξέχεαν κύκλῳ Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐκ ἦν
 ὁθάπτων. » Τούτων οὕτω προρρήθέντων καὶ ἀποτε-
 λεσθέντων, οὐ θαυμαστὸν, εἰ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον
 καὶ τὰ προεκτεθέντα τοῦ τεσσαρακοστοῦ ψαλμοῦ
 λόγῳ σημαίνει τὰ μέλλοντα ἔσσεσθαι κατὰ τὸν τῆς
 αὐτοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς χρόνον, ἅπερ μὴ πάν-
 των ἀνθρώπων συνιέντων, ὅπως Λόγος ὢν Θεοῦ, καὶ
 σοφία, καὶ ζωὴ, καὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ πάντα πλοῦτον
 ἀγαθῶν κεκτημένος, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε σάρκα λα-
 οῦς, καὶ τοῖς τὸ γένος θνητοῖς ἀνθρώποις καὶ πτω-
 χῶς ὁμοιωθεὶς, μορφῆν τε δούλου καὶ πένητος ἀνεῖλη
 φῶς, καὶ μάλιστα καθ' ὃν καιρὸν ἐπλήρου τὴν ἀπὸ τοῦ
 ψαλμοῦ προφητεῖαν, εἰκότως ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ
 μακαρίζεται ὁ ταῦτα περὶ αὐτοῦ συνιείς, ἐπαγγελίας
 τυγχάνων τῆς ἀναγεγραμμένης. Εἶθ' ἐξῆς ἐκ προσώ-
 που λοιπὸν δὴ τοῦ πένητος καὶ πτωχοῦ, αὐτοῦ δηλαδὴ
 τοῦ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος Σωτῆρος ἡμῶν, ἐπιλέ-
 γεται· « Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με. » Ὅτι δι-
 ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ θεσπί-
 ζεται, αὐτάρκης μάρτυς ὁ εὐαγγελιστῆς Ἰωάννης
 τυγχάνει. Ἰσοραεὶ γάρ, ὅτι « Λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ποτε
 λέντιον περιεζώσατο, καὶ νίψας τοὺς πόδας τῶν μα-
 θητῶν αὐτοῦ εἶπεν· Ἐγὼ οἶδα οὐς ἐξελεξάμην· ἀλλ'
 ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν
 ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πέτραν αὐτοῦ. » Ποίαν
 γὰρ πεπληρωθῆσθαι γραφὴν ἐν τούτοις ἐδήλου ἀλλ' ἢ
 τὴν τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ ἐν ᾧ εἴρηται· « Καὶ γὰρ
 ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἠλπισα, ὁ ἐσθίων
 ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ περνετισμόν; » Φη-
 σὶν οὖν ἀρχόμενος· « Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με,
 ἵασαι τὴν ψυχὴν μου, ὅτι ἤμαρτόν σοι. » καὶ δι' ὅλου
 τοῦ ψαλμοῦ· ἅπερ σαφέστερον ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἐξ-
 ἔλωκε τὸν τρόπον· « Ἐμοῦ λέγοντος· Κύριε, οἴκτει-

A alias, quam semel quidem populantibus Babylonis,
 iterum autem bello quod adversum Judæos a Romanis
 gestum est, unumquodque enim eorum, quæ dicta
 sunt, completum est tam prima templi eversione,
 quam ea quæ secuta est, tametsi in hisce duobus
 psalmis et provisum et enuntiatum est. Quæ vero
 secundo loco recitavimus, et a septuagesimo octavo
 psalmo accepimus, completa sunt ejus Antiochi
 temporibus, qui vocatus est Illustris, qui cum in
 Syria regnaret, irrupit quidem in urbem Hieroso-
 lyma, scedavit vero templum, et sanctorum ever-
 tit. Dumque Judæos Græcorum moribus cogit vi-
 vere, quamplurimos eorum tam mares quam femi-
 nas, qui neque proprias leges neque patriam pieta-
 tem deserere volebant, variis prius vexatos suppli-
 ciis, interfecit. In illud ergo tempus, et in eos qui
 posthac, eadem quæ Antiochus patravertit, clamat
 Asaph ea quæ septuagesimo octavo psalmo conti-
 nentur. Fidem huic rei facit, ea quæ vocatur Ma-
 cabæorum historia, quæ in hunc modum se habet :
 « Et convenerunt ad Jacimum et Bacchidem con-
 gregatio scribarum requirementum quæ justa sunt²², »
 et deinceps adjungit : « Et juravit illis dicens : Non
 inferemus vobis malum, neque amicis vestris, et
 crediderunt ei, et comprehendit ex iis sexaginta
 viros, et occidit eos in uno die, secundum verbum
 Asaph quod scripsit, dederunt morticina servorum
 tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum
 tuorum bestiiis terræ, sanguinemque eorum effude-
 runt in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepe-
 liret²³. » Cum hæc in hunc modum et prædicta et
 completa sint, mirum videri non debet, si eodem
 modo etiam oracula de quadragesimo psalmo nuper
 accepta, quid futurum esset per id tempus, quo
 Judæi adversus Salvatorem nostrum conspirarunt,
 significant : ex quibus cum universi homines non
 intelligerent, quoniam pacto qui Verbum Dei est,
 et sapientia, et vita, et lumen verum, et omnes
 bonorum divitias possidens, propter nos assumpto
 corpore, et pauper et natura mortalibus hominibus
 et egenis similis sit factus, formamque et servi et
 pauperis acceperit, maxime quo tempore comple-
 bat ea quæ ad prophetiam hujus psalmi pertinent,
 merito in initio psalmi, is ut beatus commendatur,
 qui hæc de illo intellexerit, utpote qui promissum
 publicæ memoriæ traditum obtineat. **466** Tum
 deinceps, quod superest, ex ipsius pauperis atque
 egeni persona, ipsius videlicet Salvatoris nostri,
 qui propter nos inopem vitam assumpsit, adjungi-
 tur : « Ego dixi, Domine, miserere mei²⁴. » Quod
 vero ex persona Salvatoris, quæ ad hunc psalmum
 pertinent, prædicta sint, optimus sane sit testis
 evangelista Joannes. Narrat enim, ut olim Jesus,
 cum accepisset linteam, præcinxerit se, cumque
 pedes discipulorum suorum abluisset, dixerit : « Ego
 scio quos elegerim, sed ut compleatur Scriptura :
 Qui edit mecum panem, levavit contra me calca-

²² 1 Machab. vii, 12. ²³ ibid. 15-17. ²⁴ Psal. xl, 5.

neum suum²⁶. » Etenim quam tandem aliam in his Scripturam completam esse dicebat, nisi eam quæ in hoc psalmo habetur, qui nunc in manibus est, in quo quidem psalmo illud dictum est : « Etenim homo pacis meæ in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem²⁷. » Initio ergo sic ait : « Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi²⁸ : » et per totum psalmum, ea quæ planius in hunc modum Symmachus edidit : « Me dicente, Domine, miserere mei, sana animam meam ; et si peccavi tibi, inimici mei dixerunt de me mala, quando morietur, et peribit nomen ejus ? et cum ingrederetur, vana loquebatur cor ejus, congregabat injustitiam sibi. Cum egrederetur foras, obloquebatur, uno animo susurrabant contra me omnes qui odebant me, de me cogitabant mala mihi, verbum iniquum effusum erat inter ipsos, et qui cecidit non amplius surget, sed et homo qui pacem habebat mecum, cui confidebam, comedens mecum panem meum, magnificatus est contra me consequenter ; tu autem, Domine, miserere mei, et suscita me, ut retribuam eis : propter hoc cognoscam quod voles, si non obloquetur inimicus meus, me autem propter simplicitatem suscepisti, et constitues me in conspectu tuo in æternum. » Cum his vero quæ Symmachus edidit concordant etiam ea quæ ab Aquila edita sunt, sensuque idem valent. Primum igitur de eo quod ex persona Salvatoris nostri enuntiari videatur, illud quod dictum est : « Sana animam meam, quia peccavi tibi, » observato, quæso te, ut idem apud Symmachum non eodem modo habeat, sed sic : Sana animam meam, et si peccavi tibi. » Sic autem hoc ille ait, propterea quod nostra secum ipse peccata communicavit. Ex quo illud dictum est : « Et Dominus tradidit eum peccatis nostris, et, ipse peccata nostra fert²⁹. » **467** Factus est igitur pro nobis execratio ille Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, quem non cognoscen- tem peccatum, Deus pro nobis peccatum fecit, dum illum pretium animatum ac vivum pro nostris omnium animis tradit, ut nos efficiamur justitia Dei in ipso. Sed quando etiam in similitudinem carnis peccati factus, condemnavit peccatum in carne, merito proferuntur ea quæ jam exposita sunt. Quod autem peccata nostra, sua faciens propter charitatem erga nos ac benevolentiam, hæc dicat, deinceps oratione progressus in eodem psalmo demonstrat, dicens : « Me autem propter innocentiam suscepisti³⁰. » Quibus verbis planissime Agnum Dei, omnis mali expertem et innocuum ostendit. Sed quo tandem modo ille peccata nostra sua fecit, et quo item modo iniquitates nostras tulit ? num ex eo quod corpus illius nos esse dicti sumus, ut ait Apostolus : « Vos autem estis corpus Christi et membra ex parte, et ex eo quod dum unum membrum patitur, simul omnia cum eo membra

ρόν με, Ιασαι την ψυχὴν μου, καὶ εἰ ἡμαρτὸν σοι, οἱ ἐχθροὶ μου ἔλεγον περὶ ἐμοῦ κακὰ· Πότε ἀποθῆνη, καὶ ἀπολείται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ; Εἰσερχόμενος ἐπιπίψασθαι, μάταια ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, ἤθροζεν ἀδικίαν ἑαυτῆς. Ἐξερχόμενος δὲ ἔξω κατελάλει. Ὁμοθυμαδὸν ἐψιθύριζον κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ μισούντες με, περὶ ἐμοῦ ἐνοοῦντες κακὰ μοι. Λόγος παράνομος ἐκκέχυτο ἐνδον αὐτῶν, καὶ πεσῶν οὐκέτι ἀναστήσεται· ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπος, ὃς εἰρήνευέ μοι, ὧ ἐπιπόθειν, συνεσθίων μοι ἄρτον ἐμὸν, κατεμεγαλύνθη μου. Ἀκολουθῶς, σὺ δὲ, Κύριε, σὺ κτεῖρόν με, καὶ ἀέγειρόν με, ἵνα ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Διὰ τοῦτο γλώσσομαι, ὅτι θελήσεις, ἐὰν μὴ καταλάβῃς ὁ ἐχθρὸς μου. Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀπλότητα ἀντέσχω, καὶ παραστήσεις με ἔμπροσθέν σου δι' αἰῶνος. » Ἰσοδυναμῶν δὲ τοῖς τοῦ Συμμάχου καὶ τὰ Ἀκύλου. Πρῶτον οὖν περὶ τοῦ δοκεῖν ἀπεμφαίνειν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸ εἰρημένον, τὸ, « Ἰασαι την ψυχὴν μου, ὅτι ἡμαρτὸν σοι, » τρηθῆσαι τὸ παρὰ τῷ Συμμάχῳ μὴ οὕτως ἔχον, ἀλλὰ, « Ἰασαι την ψυχὴν μου, καὶ εἰ ἡμαρτὸν σοι. » Καὶ οὕτω δὲ τοῦτο φησιν, ἐπιπὴ τὰς ἡμετέρας κοινοποιεῖ εἰς ἑαυτὸν ἁμαρτίας. Δὴ λέλεκται· « Καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν· » καὶ, « Αὐτὸς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει. » Γέγονε γοῦν ὑπὲρ ἡμῶν κατὰρα ὁ Ἄμνός τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ὃν καὶ μὴ γινώσκοντες ἁμαρτίαν ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων ἡμῶν προέμενος αὐτὸν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Ἄλλ' ἐπεὶ καὶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γενόμενος κτεῖνε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, εἰκότως προξέρεται τὰ ἐκκεῖμενα. Ὅτι ἐκ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐξοκειούμενος, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην καὶ φιλοφροσύνην, ταῦτα φησιν, ἔξῃς ὑποκαταβάς ἐν αὐτῷ τῷ ψαλμῷ ἐπιφέρει, λέγων· « Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκαλίαν ἀντελάβου· » σαρκῶς τὸ ἀπειροκακον τοῦ Ἄμνου τοῦ Θεοῦ παριστάς. Πῶς δὲ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐξοκειοῦται ; καὶ πῶς φέρειν λέγεται τὰς ἀνομίας ἡμῶν, ἢ καθ' ὃ σῶμα αὐτοῦ εἶναι λεγόμεθα ; κατὰ τὸν Ἀπόστολον φησάντα· « Ὑμεῖς δὲ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους· καὶ καθ' ὃ πάσχοντες ἐνὸς μέλους, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, » οὕτω τῶν πολλῶν μελῶν πασχόντων καὶ ἁμαρτανόντων, καὶ αὐτὸς κατὰ τοὺς τῆς συμπαθείας λόγους, (ἐπειδὴ ἕπερ εὐδόκησε, Θεοῦ Λόγος ὢν, μορφῆν δούλου λαβεῖν, καὶ τῷ κοινῷ πάντων ἡμῶν σκηνώματι συναφθῆναι·) τοῦς τῶν πασχόντων μελῶν νόσους εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνει, καὶ τὰς ἡμετέρας νόσους ἰδιοποιεῖται, καὶ πάντων ἡμῶν ὑπερπαλεῖ καὶ ὑπερπονεῖ, κατὰ τοὺς τῆς φιλοφροσύνης νόμους. Οὐ μόνον δὲ ταῦτα πράξας ὁ Ἄμνός τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν κολασθεὶς καὶ τιμωρίαν ὑποσχόν, ἦν αὐτὸς μὲν οὐκ ὤφειλεν, ἀλλ' ἡμεῖς τῷ πλήθους ἕνεκεν τῶν πεπλημμελημένων, ἡμῖν αἰτίας τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως κατέστη, ἅτε τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεξάμενος θάνατον, μάλιστα γὰρ τε καὶ ὕβρεις, καὶ ἀτιμίας ἡμῖν ἐποφειλομένας εἰς αὐτὸν μεταθεῖς, καὶ τὴν ἡμῖν προστετιμημένην κατάραν

²⁶ Joan. xiiii, 18. ²⁷ Psal. xl, 10. ²⁸ ibid. 5. ²⁹ Isa. liii, 4-6. ³⁰ Psal. xl, 13.

ἔφ' αὐτὸν ἐλκύσας, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατὰρα· καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀντίψυχον; διὸ φησιν ἐξ ἡμέτερου προσώπου τὸ λόγιον· « Τῷ μῶλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς λάθηνμεν· καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. » Ὡστε εἰκότως ἐνῶν ἑαυτὸν ἡμῖν, ἡμᾶς τε αὐτῷ, καὶ τὰ ἡμέτερα πάθη ἰδιοποιούμενός φησιν· « Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχὴν μου, ὅτι ἡμαρτόν σοι. » Ὁρῶντας δὲ εἰκότως τοὺς ἐπιβουλεύοντας οὐ μόνον ἀνθρώπους ἀλλὰ καὶ ἀοράτους δυνάμεις τὴν ὑπερβάλλουσαν ἰσχὺν αὐτοῦ τῆς θείας προσηγορίας καὶ τοῦ ὀνόματος, δι' οὗ μικρὸν ὑστερον Χριστιανῶν τὴν πᾶσαν κατέπλησεν οἰκουμένην, σθέσειν αὐτὴν οἶμαι ὑπειληφέναι, εἰ τὰ πρὸς θάνατον ἐπιβουλεύσαιεν αὐτῷ. Τοῦτο δὴ οὖν αὐτὸ διελέγχει φάσκων· « Οἱ ἐχθροὶ μου εἶπαν κακά μοι· Πότε ἀποθάνεται καὶ ἀπολείται τὸ ὄνομα αὐτοῦ; » Ἐπεὶ δὲ καθυποκρινόμενοι προσήσαν πειράζοντες ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν, ὡς ἡ θεία Γραφή μαρτυρεῖ, ἄλλοτε ἄλλας αὐτοὺς προφάσεις καὶ κατηγορίας κατ' αὐτοῦ συσκευάζεσθαι ἱστοροῦσα, τούτων ἕκαστα ἐπιλέγει· « Καὶ εἰ εἰσπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτοῦ. Ἐξεπορεύετο ἔξω καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατ' ἑμοῦ. » Ἐξῆς δὲ τούτοις ἤδη σαφῶς ἐμφαίνει καὶ αὐτὸν ἐκείνων τὸν δυσσεβέστατον προδότην· ἐπειδὴ συνέβαινε μεθ' ἧς πεποίητο συνθήκας τοῖς ἀρχοῦσι τῶν Ἰουδαίων περὶ τῆς τοῦ διδασκάλου προδοσίας, μηκέτ' ἀπαντᾶν αὐτὸν συνήθως ἐπὶ τῆν τῶν θείων μαθημάτων διδασκαλίαν, μηδ' ὡς παρὰ διδάσκαλον φοιτᾶν, μηδ' ὁμοίως τοῖς ἑτέροις παραβάλλειν τῆ τοῦ Σωτῆρος διατριβῆ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κατοπτεῦειν καὶ θηρεύειν καιρὸν, ὅτε δέοι ἐπιθέσθαι αὐτῷ. Τοῦτο δ' οὖν καὶ κατηγορεῖται πράττων ὑπὸ τῶν ἱερῶν εὐαγγελιστῶν, ὧν ὁ μὲν Ματθαῖός φησι· « Τότε πορευθεὶς εἰς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, καὶ γὰρ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν· αὐτῷ τριᾶκοντα ἀργύρια. Καὶ ἀπὸ τότε ἐξήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῶ αὐτοῖς. » ὁ δὲ Μάρκος· « Καὶ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης εἰς τῶν δώδεκα ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς ἵνα αὐτὸν παραδῶ αὐτοῖς. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐχάρησαν, καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Καὶ ἐξήτει πῶς αὐτὸν εὐκαιρῶς παραδῶ. » ὁ δὲ Λουκᾶς γράφει λέγων· « Εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα. Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι, καὶ τοῖς στρατηγοῖς τοῦ ἱεροῦ, ἵνα αὐτὸν παραδῶ αὐτοῖς. Καὶ ἐχάρησαν, καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Καὶ ἐξήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς ἄτερ ἔχλου. Ταῦτα δὴ οὖν αὐτὰ θεσπίζουσα ἡ μετὰ χεῖρας πρόβητις ἐπιλέγει· « Καὶ εἰ εἰσπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτοῦ. Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Κατ' ἑμοῦ ἐψεύριζον πάντες οἱ ἐχθροὶ μου. » Ὁ γοῦν Σύμμαχος, « Εἰσερχόμενος, » φησίν, « ἐπισκοπήσαι, μάταια ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, ἡθροίζεν ἀδικίαν ἑαυτῆ. Ἐξερχόμενος δὲ ἔξω

A patiuntur²¹, » ita nimirum, multis enim patientibus et peccantibus membris, ipse quoque ratione consentientis sibi invicem naturæ (quandoquidem cum Dei Verbum esset, ei placuit, et formam servi accipere, et communi omnium nostro domicilio copulari) patientium membrorum labores in seipsum assumpsit, et nostras valetudinis infirmitates, suas fecit, et ex legibus humanitatis pro omnibus nobis et dolores et labores sustinuit. Cæterum non modo rebus his gestis Dei Agnus, verum etiam pro nobis tormenta passus, supplicioque affectus, quo ipse quidem dignus minime erat, sed nos ipsi propter multitudinem peccatorum, ut peccata nobis dimitterentur, auctor exstitit : utpote qui pro nobis et mortem subierit, et verbera, et probra, et contumelias, quibus nos digni eramus, in seipsum transtulerit, et execratio pro nobis factus, execrationem quæ nobis debebatur, ad seipsum attraxerit. Quid enim aliud ille, quam pro animis nostris pretium? Itaque ex persona nostra oraculum ait : « Livore ejus nos sanati sumus : et Dominus tradidit eum peccatis nostris²². » Proinde merito dum seipsum nobis conjungit, et nos ac vitia nostra sibi acciscit, ita ait : « Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi : » videntesque item merito non solum insidiatores homines, **468** sed etiam insidiatrices invisibiles potestates, vim immensam illius divinæ appellationis et nominis, quo haud ita multo post totum orbem terrarum Christianis implevit, illam se posse exstinguere pulaverunt, si mortem illi machinarentur. Hoc ipsum igitur his verbis redarguit : « Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur et peribit nomen ejus²³? » Quoniam autem simulatis verbis accedebant, tentantes ut ipsum caperent in sermone, ut legimus apud divinam Scripturam, quæ illos contra illum alias aliis et occasionibus et criminibus utentes inducit, idcirco illud adjungit : « Et ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor ejus, congregavit iniquitatem sibi, egrediebatur foras et loquebatur in idipsum contra me²⁴. » Hisce vero rebus expositis, deinceps ipsum illum sceleratissimum proditorem verbis indicat : quandoquidem illud evenit, ut postquam de prodendo præceptore cum principibus Judæorum pactus esset, non amplius ut solebat ad divina præcepta perdiscenda conveniret, neque vero tanquam ad præceptorem accederet, aut aliorum more præceptoris consuetudine uteretur, sed tempus duntaxat circumspiceret atque observaret, quo adoriri illum posset. Proinde illum ista molientem ac patrantem, sancti evangelista criminantur : quorum unus Matthæus ita ait : « Tunc abiens unus ex duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum, ait illis : Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam? illi autem constituerunt ei triginta argenteos. Et ex illo quærebat opportunitatem, ut

²¹ 1 Cor. XII, 26, 27. ²² Isa. LIII, 4-6. ²³ Psal. XL, 6. ²⁴ ibid. 7, 8.

Vides codicem ædepol præstantissimum. Vides Eusebii erga divinos libros merita, et quam recte de eo Hieronymus *De vir. ill. cap. 81* dixerit: *Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus in Scripturis divinis studiosissimus, et bibliothecæ divinæ, cum Pamphilo martyre, diligentissimus pervestigator.* Revera Constantinus ipse imperator (*Vit. lib. iv, 36, 37*) Eusebio munus imposuit præstantissima SS. Bibliorum exemplaria quinquaginta conficiendi, quæ diversis Ecclesiis distributa fuerunt. Jam si codicis pleniorē notitiā optas, eam breviter sic trademus. Fol. 1-5, Vitæ breves prophetarum auctore nominatim Eusebio, quas Curterius edidit. Fol. 5-11, Obitus et sepulturæ prophetarum, sine auctoris nomine, de quibus postea dicemus. Fol. 12-83, Prophetæ minores duodecim. Fol. 84. Illa inscriptio ante Esaiam quæ in nostro specimine prima est. Præcedit illic notitiā de Esaia, ejusque parentis Amosi nomine, et tempore vat-

cinil. Fol. 85-166, Esaias. Fol. 168-280, Hieremias, Baruch, Threni. Fol. 280 b est inscriptio secunda nostri speciminis, pertiniens ad Ezechielem. Fol. 281-376. Ezechiel. Fol. 377-412, id est usque ad finem codicis, Danibel, in quo hymnus quoque trium puerorum scribitur f. 390; et initio, id est fol. 381, historia Susannæ. Textus omnium prophetarum integerrimus est. Juxta tam venerabilem antiquitate criticis, que regulis textum, exstant in margine antiquis æque litterulis scriptæ lectiones variæ hexaplares LXX Virorum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, et aliorum aliquot, puta Origenis. Hæc scholia, modo rarescunt, modo nulla sunt, modo adeo frequentia et copiosa, ut alicujus quandoque interpretis latam sectionem habeamus. Horum nos scholorum alio tempore specimen cusum exhibebimus. Præter vero hæc sane pretiosa, alia passim margines obruunt scholia recentiora, quorum nunc nullam, atque haud scio an ne postea quidem, rationem habebimus: sicuti ne brevium quidem recentiorum vitis additionem in spatiis vacuis rudi manu obtusarum.

Ergo ad Eusebium quæ pertinent, de quo nunc agimus, tria in codice sunt: 1. Sacri textus facta ab eo cum Pamphilo emendatio, 2. Scholorum adjectio, 3. Prophetarum vitæ. Et tertium quidem Curterius satis, ut supra diximus, curavit, vitis illis prophetarum brevibus editis. Primum ac secundum a me, ut spero, quantum opus erit, præstabitur, cum hunc textum in meis biblicis lucubrationibus, vel integrum vel accurate collatum, exscribam; scholia autem, vel potius hexaplares lectiones, quatenus saltem incognitæ adhuc fuerint, non prætermittam. Nam Montfauconius (*Hexapl.* t. II, p. 87) quadridui tantum spatium concessum sibi codicis usum fuisse dolens ait. (Sed tamen Esaiam Curterius antea contulerat.) Itaque festinanter trepideque ob angustias temporis non nisi ex tribus majoribus prophetis, omisso Daniele et reliquis, lectionem hexaplarium varietatem excerpsit. Interim nos uno oblato folio, rem philologis philocalisque pergratam facere scimus.

Jam vero quia dixi, ante Esaiam in codice prologum quemdam esse, is ita se habet: Ὅρασις ἢν ἴδεν Ἡσαίας υἱὸς Ἀμώς. Οἰηθεῖται μὲν ἂν τις τὸν Ἀμώς τοῦτον, ἦτοι ὁμόνομον εἶναι τοῦ ἐν τοῖς δώδεκα, ἢ τὸν αὐτὸν ἔχεινον· χρῆ δὲ εἰδέναι, ὅτι ὁ μὲν πατὴρ Ἡσαίου, παρ' ἡμῖν τελευταῖον σῖγμα ἔχει, τὸ παρ' Ἑβραίοις καλούμενον σὲν, ὅπερ οἰονεὶ δασύ ἐστι σῖγμα· ὁ δὲ ἐν τοῖς δώδεκα, λήγει εἰς τελευταῖον στοιχείον τὸ καλούμενον σαδῆ, ὅπερ οἰονεὶ ψιλούμενον ἐστὶ σῖγμα (α). ἔχουσι δὲ Ἑβραῖοι καὶ τρίτον, παρὰ τὰ δύο ταῦτα, σῖγμα τὸ καλούμενον σαμχάθ, ὅπερ ἴσον δύναται τῷ εἰπεῖν σῖγμα. — Ἠρξάτο μὲν ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου προφητεύειν ὁ Ἡσαίας, καὶ παρατείνει μέχρι Ἐζεκιίου· τὰ δὲ τούτων ἔτη ἀπὸ τῆς τετάρτης τῶν Βασιλείων ἔστι ταῦτα· Ὀζίας ὁ καὶ Ἀζαρίας (β) ἔτη πενήκοντα δύο· μετὰ τοῦτον Ἰωάθαμ ἔτη δεκαεξί· μετ' αὐτὸν Ἀχαζ ἔτη δεκαεξί· μετ' αὐτὸν Ἐζεκίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη εἰκοσιεννέα· ἐπειδὴ φέρεται προφητεία Ἡσαίου ἐν τεσσαρσκαίδεκάτῳ ἔτει Ἐζεκιίου εἰρημένη, χωρὶς τῶν γε Ὀζίου χρόνων ἀδύλων ὄντων, καὶ τῶν μετὰ τὸ τεσσαρσκαίδεκάτων Ἐζεκιίου, τὰ μεταξὺ τούτων τῆς προφητείας ἔτη γίνεται τεσσαρακονταεξί· ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ τοῦ Ἰσραὴλ γεγένηται προφητεία.

Visio quam vidit Esaias filius Amos. Existimabit fortasse aliquis, hunc Amos vel homonymum esse illi qui est ex duodecim numero, vel imo eundem hominem. Sciendum vero est, Esaiæ patris nomen desinere in illud sigma, quod Hebræi appellant sin, quodque est veluti asperum sigma. Illum autem qui est ex numero duodecim, habere postremum elementum quod sade dicitur, quodque instar lenis sigmatis est. Habent Hebræi, præter hæc duo, tertium quoque sigma, dictum samchath, quod idem est ac si dicas sigma. — Regnante Ozia cepit prophetare Esaias, pervenitque usque ad Ezechiam. Jam horum anni in quarto Regnorum libro hi sunt. Ozias, qui et Azarias, annis quinquaginta duobus. Post hunc Joatham annis sexdecim. Deinde Achaz annis item sexdecim. Postea Ezechias filius ejus annis viginti novem. Quoniam igitur Esaiæ propheta fieri adhuc dicitur anno quartodecimo Ezechiae, omissa etiam Ozia parte illa annorum quæ incognita est, et illis quoque Ezechiae annis qui post quartum decimum fuere, prophetiæ hoc intermedio tempore factæ sunt anni quadraginta sex. Intra hoc autem spatium Osee quoque exstitit propheta.

Adhuc unum de hoc codice adnotandum superest. Post Eusebianas prophetarum Vitas, quas supra memoravimus, sequuntur aliæ eorundem ampliores, ut item diximus, eadem manu vetere, iisdemque

¹ Il Paral. xxvi seq.

(a) Vel legit hunc Græcum textum Hieronymus, vel certe cum eo consentit, *Comment. in Esaiam* sub initio: *Amos pater Esaiæ, non ut plerique autumant, tertius duodecim prophetarum est, sed alius; diversisque apud Hebræos scribuntur litteris. Iste primam et extremam litteram habet ALEPH et SADE; ille AIN et SAMECH.*

(b) Cod. prima manu, Ζαχαρίας, mox ibi emendatum Ἀζαρίας. Recapse S. Hieronymus loc. cit.: *Ozis ipse est qui et Azarias, duplici nomine.*

litterarum formis, cum titulo : 'Όνόματα προφητῶν, καὶ πόθεν εἰσὶ, καὶ ποῦ ἀπέθανον, καὶ πῶς καὶ ποῦ κλύνται. *Nomina prophetarum, et ipsorum patriæ, et ubinam mortui, et quomodo et quo loco sepulti fuerint.* Mirum porro est quod neque Curterius neque Montfauconius ullam hujus scripti mentionem fecerint (diversa enim sunt lemmata illa quæ manu recentiore scripta Montfauconius neglecta a Curterio dicit). Cæteroque legenti mihi haud ægre innotuit, has esse illas prophetarum Vitas, quarum cinnus quidam peractus fuit in libris editis; tum videlicet Epiphaniï in editione Petaviana Gr. Lat. t. II, tum in *Chronico paschali* ed. Paris., p. 146 seqq. : quanquam Græcus textus et in *Chronico* valde est mendosus, et in Epiphaniï non parum variat. Denique hæc Vitæ sub Dorothei Tyrii nomine exstant in Lugdunensi *Patrum Bibliotheca*, t. III, p. 422, Latine tantummodo. Cæteroque frustra præpmodum ait Cavæus Græcum Dorothei textum esse ineditum, quandoquidem in *paschali Chronico* pene totus legitur. Nunc propter codicis Vaticanæ antiquitatem ac bonitatem, haud scio an scripti hujus nova editio meliorque aliquando molienda sit. Exemplo gustuque sit narratio miraculorum Elisæi, quæ deest in *Chronico* p. 161, ubi brevis ejusdem Vita legitur, prout in codice nostro est, sed reliqua non item, quæ sunt in codice fol. 10, 11, sic : Τὰ δὲ σημεῖα ἃ ἐποίησεν, εἰσὶ ταῦτα. Ἐπάταξε καὶ αὐτὸς τὸν Ἰορδάνην τῇ μηλωτῇ τῇ Ἡλιοῦ, καὶ διηρέθη τὸ ὕδωρ, καὶ διέβη καὶ αὐτὸς ξηρῶ τῷ ποδί. Τὰ ὕδατα ἐν Ἱεριχώ πονηρὰ ἦν καὶ ἀγωνα : καὶ ἀκούσας παρὰ τῶν τῆς πόλεως, ἐπεκαλέσατο τὸν Θεὸν, καὶ εἶπεν : « Ἰαμαὶ τὰ ὕδατα ταῦτα, καὶ οὐκ ἔσται ἔτι ἐκεῖθεν θάνατος καὶ ἀπεκνούμενη » καὶ λάθῃσαν τὰ ὕδατα ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Παίδων ἀτακτούντων κατ' αὐτοῦ κατηράσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐξελθοῦσαι δύο ἄρκτοι ἐνέβρηξαν ἐξ αὐτῶν μὲ'. Γυνὴ προφήτου τελευτήσαντος ὀχλουμένη παρὰ δανειστῶν, καὶ μὴ ἔχουσα ἀποδοῦναι, προσῆλθε τῷ Ἐλισαίῳ, καὶ ἐνετειλάτο αὐτῇ συναγαγεῖν ἀγγία καινὰ ὅσα δύναται, καὶ τὸ ἔγον ὀλιγοστὸν ἔλαιον ἐκκενοῦν εἰς αὐτὰ ἕως ἀποσχῆ τὰ ἀγγία, καὶ τοῦτο ποιήσασα ἐπλήρωσε τὰ ἀγγία, καὶ ἀποδέδωκε τοῖς δανεισταῖς, καὶ τὸ περισσεῦον ἔσχεν εἰς διατροφήν τῶν παίδων. Εἰς Σουμᾶν ἀπελθὼν ἔμεινε παρὰ τινὶ γυναικί, καὶ μὴ ποιῶσαν αὐτῇ παιδίον, ἐπιθυμοῦσαν δὲ σχεῖν, εὐξάμενος πεποίηκε συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν : εἶτα ἀποθανόντα τὸν παῖδα, εὐξάμενος πάλιν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Εἰς Γάλαλα ἐλθὼν κατήχθη παρὰ τοῖς υἱοῖς τῶν προφητῶν, καὶ ἐψέθεντος προσφαγίου, καὶ θανατικῆς βοτάνης συνεψέθειστος τῷ προσφαγίῳ, καὶ παρ' ὀλίγον κινδυνευόντων πάντων, πεποίηκεν ἀβλαβὲς καὶ ἡδὺ τὸ βρῶμα. Τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν κοπτόντων ξύλα παρὰ τὸν Ἰορδάνην, ἐξέπεσε τὸ δρέπανον καὶ κατεποντίσθη : ὁ δὲ Ἐλισαῖος εὐχόμενος πεποίηκεν ἐπιπολάσαι τὸ δρέπανον. Ναμᾶν ὁ Σύρος δι' αὐτοῦ ἐκαθαρίσθη ἃ ἀπὸ τῆς λέπρας. Τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἐλισαῖος λεγόμενον Γιεζεῖ, ἀπελθόντα κρυφᾶ παρὰ γνώμην αὐτοῦ πρὸς Ναμᾶν καὶ αἰτήσαντα ἀργύριον, ὕστερον ἐλθόντα καὶ ἀρνούμενον ἤλεγξε καὶ κατηράσατο αὐτὸν, καὶ γέγονε λεπρὸς : βασιλεὺς Συρίας πολεμοῦντος τὸν Ἰσραὴλ, ἠσφαλίζετο τὸν βασιλέα Ἰσραὴλ ἀπαγγέλλων αὐτῷ τὰς σκέψεις τοῦ ἐχθροῦ : τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς Συρίας πέμπει δύναμιν ἀγαγεῖν τὸν προφήτην : ὁ δὲ εὐξάμενος πεποίηκεν αὐτοὺς παταχθῆναι ἀορασίῃ, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Σαμάρειαν παρὰ τοὺς ἐχθροὺς, ἀβλαβεῖς τε αὐτοὺς φυλάξας διέσωσε καὶ ἔθρεψε : τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς Συρίας ἐπαύσατο τοῦ πολεμεῖν. Μετὰ θάνατον Ἐλισαίου ἀποθανῶν τις καὶ θαπτόμενος ἐβρίσθη ἐπὶ τὰ ὀστέα αὐτοῦ, καὶ μόνον ὡς ἤψατο τῶν ὀστέων τοῦ Ἐλισαίου, ὁ νεκρὸς εὐθύς ἀνέζησεν.

² Cod., ἐκαθερίσθη.

Η ΣΑΪΑΣ ΠΡΟΦΗΤΗΣ

Μετεληφθη ἡ σαΐας ἀπὸ ἀντιγράφου
 τοῦ αββαῖου πολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου
 ἐνω καὶ ὕπετακτο ταῦτα
 Μετεληφθη ἡ σαΐας ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐκδο
 σεὶς ἐξαπλῶν ἄντε βλήθη καὶ πρὸς
 ἕτερον ἐξαπλοῦν ἔχον τὴν παρασημί
 ωειντὰ τὴν διῶρων τὰ διακρίβωστα
 σαΐας ἐκδοσεὶς ἄντε βλήθησαν γὰρ πρὸς τε
 τραπλοῦν ἡ σαΐαν ἔτι καὶ πρὸς ἐξαπλοῦ
 πρὸς τοὺς τοὶς καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐσωστῶ
 ὄραμα τοῦ τυροῦ ἀκριβέστερον ἀπὸ τῶν
 εὐπορησαντες γὰρ τῶν μεχρίτελου τοῦ
 ὄραμα τοῦ τυροῦ τῶν ἐζηγητικῶν
 εἰς τὸν ἡσαΐαν ὠριγενούς καὶ ἀκριβως
 ἐπισησαντες τῆς ἐμνοια καὶ ἦνε ζηγη
 σατο ἐκαστὴν λέξιν καὶ ὡς οἷον τὰς σὴν
 καὶ τὰ ναυφίβολον κατὰ τὴν ἐκείνου
 ἐννοίαν ἀπὸ τῶν ἐμνοια ἀπὸ τοῦ τοῖς συ
 νεκρίθη τῶν ἐβλασηκόντα ἐκδοσεὶς
 καὶ πρὸς ταῦτα ὅς ἐβκιοτε εἰς τὸν ἡσαΐαν
 εἰρημιά ἐν οἷς αἰεφῶν οὐκ ἔστι ζη
 τῆς ἐσωστῆς ἐννοια ἀμνηστῆσαντες καὶ
 πρὸς αὐτὴν ἀπὸ τῶν ἐμνοια.

ἸΕΖΕΚΙΗΛ

Μετεληφθη ἡ ἐξ ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ
 αββαῖου πολιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου ἐνω
 καὶ ὕπετακτο ταῦτα Μετεληφθη
 πρὸ τῶν κατὰ τὰς ἐκδοσεὶς ἐξαπλῶν καὶ
 διῶρων ἡ ἀπὸ τῶν ὠριγενούς ἀχτῶν τε
 τραπλῶν ἄτινα καὶ αὐτοῦ χειρὶ διῶρων
 τὰ καὶ ἐσχολιογράφητο ὅς ἐν ἐββαλοεῖν
 τὰς ἐσχολιατὰρ ἐκαστὴν φιλοκαίε ὅς
 ββαῖος διῶρων ἄντο

DE NOMINIBUS HEBRAICIS.

Vide *Patrologiæ Latinæ tom. XXIII, Operum S. Hieronymi tom. III, col. 121-190.*

QUÆSTIONES EVANGELICÆ

(Angelo MAI, *Biblioth. nova Patrum, IV, p. 217.*)

EDITORIS MONITUM.

Cur Eusebius, rei Christianæ defensor acerrimus, opus hoc scribendam suscepit, causam facile est dirinare, quia multæ occurrunt reapse apud evangelistas varietates, quibus ethnici vel hæretici abutebantur, ut divinorum librorum veritatem negarent. Hinc tot harmoniæ evangelicæ jam inde a Tatiani Syri temporibus usque ad nostra constructæ. Ipse Eusebius sub initii quoque Historiæ suæ Ecclesiasticæ lib. I, 7, necessario demonstrandam putavit Evangeliorum inter se consensionem, quod et fecit, citato etiam Africani exemplo in litteris ad Aristidem de evangelistarum in narranda Christi genealogia consensu. Jam quale fuerit hoc Eusebii de Evangeliorum diaphonia seu discrepantia (concilianda) opus, docet authentico testimonio auctor in præfatiuncula ad Marinum. « Ambiguarum quæstionum ac solutionum, quæ circa divinorum Evangeliorum initia occurrunt, cum jam duos scripserim libros, venio nunc, mediis prætermisissis ad extrema quæ semper apud omnes controversa fuerunt. » Priores autem duo libri scripti erant ad Stephanum; ut codex Vaticanus demonstrat, tertius ad Marinum. Ergo Eusebius quæstiones tantummodo circa initium et finem Evangeliorum obortas tractaverat, mediis cunctis omissis; quas deinde omnes operosissima lucubratione de consensu evangelistarum complexus est sanctus Augustinus, qui dicti operis libris II, III et IV, difficultates plurimas per totum evangelistarum contextum pro suo ingenii acumine enucleavit. Et quidem, quod jure miror (quodque spem quodammodo alit, superesse alicubi opus Eusebii fortasse integrum, cujus nonnisi compendium hic exhibemus), Latinus Latinus Opp. t. II, p. 116, sic ad Andreæ Masium scribebat: « Sirtetus (cardinalis) scire te vult, in Sicilia inventos esse libros tres Eusebii Cæsariensis de Evangeliorum diaphonia, qui ut ipse sperat brevi in lucem edentur. » Tres ergo jam tum dicebantur hi Eusebii libri, ut apud nos postea in prologo ad Marinum apparuit. Nec vero quisquam codicem nostrum ex Sicilia allatam Remam putet; est enim is unus de Palatinis Heidelbergensibus, ut ejus inscriptio demonstrat, necnon Silburgii impressus Græcæ illius bibliothecæ catalogus, qui ante captam Heidelbergam translatusque illos Romanos codices confectus fuit. Quod si Silburgius non tres dicit libros, sed duos, id brevi hallucinatione accidit, quia nempe duas tantum operis sectiones videbat in codice, ad Stephanum et ad Marinum, cujus postremæ præcæmium non legit.

Mihi in codice Vat. Palat. CXX pulcherrimo, sæculi ferme X, trium prædictorum librorum epitome comperta est, ut diserte inscribitur Ἐκλογὴ ἐν συντόμῳ, etc., prout ex codice in titulum libri mei ad verbum transtuli: in aliis vero Vaticanis catenarum codicibus partes etiam integri operis nactus sum, quas post epitomen recitabo. Nunc operis per se certissimi testes nihilominus veteres producere æquum est. 1. Namque Eusebius Demonstr. Evang. lib. VII, 3, ait: Τίτι δὲ λόγῳ τῶν Ἰωσήφ γενεολογοῦσιν οἱ ἱεροὶ εὐαγγελισταί, καίπερ μὴ ὄντος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας Παρθένου, ὅπως τε καὶ αὕτη ἡ τοῦ Κυρίου Μητὴρ ἀπὸ γένους καὶ σπέρματος ἀποδείκνυσται εἶναι Δαβὶδ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γενεαλογίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ζητημάτων καὶ λύσεων διειληφότες, ἐπ' ἐκείνα τοὺς φιλομαθεῖς ἀποπέμπομεν. « Cur Josephi genus sacri evangelistæ describant, quamvis Servator noster ex ea natus non sit, sed de Spiritu sancto et sancta Virgine; quoque modo ipsa Domini Mater de genere ac semine Davidis fuisse ostendatur; in primo quæstionum et solutionum de Servatoris nostri prosapia explicavimus. Illuc igitur rei studiosos amandamus. » Porro titulum hunc ζητημάτων καὶ λύσεων, quæstionum et solutionum, genuinum esse Eusebianum, docet hic auctor, et codicis nostri Palatini inscriptio confirmat. Alii itaque auctores, v. gr. sanctus Hieronymus, ut mox dicemus, liberius locuti sunt, cum paulo aliter, ut fit, sensus tantummodo ratione habita, inscripserunt: quæ varietas in titulo quoque Chronicorum Eusebii jam dix observata fuit. 2. Sanctus ergo Hieronymus De script. illustr. cap. 84, ait: « Eusebius Cæsariensis edidit de Evangeliorum diaphonia. » 3. Rursus idem Hieronymus in Comm. ad Matth. I, 16: « Super hoc et Africanus temporum scriptor, et Eusebius Cæsariensis in libris Διαφωνίας Εὐαγγελίων plenius disputarunt. »

Porro Sophronius, Hieronymus interpres, Suidas, Honorius Augustodunensis, Trithemius, aliique, non nisi prædicta testimonia repetiverunt. 4. Ebediesus in librorum Syrorum catalogo, sic: « Eusebius Cæsariensis composuit librum solutionis contradictionum Evangelii. » Reapse in Vat. Syr. codice CIII, p. 302, excerpta aliquot ex illo opere sunt, cum titulo: « Eusebii Cæsariensis ex libro quæstionum in Evangelium. » 5. Nicephorus quoque Callistus Hist. 1, 11, opus hoc Eusebii satis innuit dicens: Περὶ τὴν δοκοῦσαν διαφωνίαν οὐκ ὀλίγοι βίβλους ὄλας ἐξέδωκαν. « Circa apparentem dissonantiam non pauci libros integros ediderunt. » 6. Eusebii hoc opus de evangelistarum discrepantia permulti codices memorant, præsertim catenarum, cum alibi, tum etiam in bibliotheca Vaticana, ut legens comperi. Ecce enim et Combesius ex catera codicis Gallicani, Latinum a se redditum edidit in Bibl. concion. t. VIII, p. 15, latum fragmentum, quod Græce apud nos recurrit. Atque hæc librorum ad Stephanum testimonia sunt. 7. Libro autem ad Marinum testimonium dant Anastasius Sinaita in quæstionibus, 8, 148, 153, Macarius Chrysocephalus in Florilegio; chronographi Georgius Hamartolus, Joannes Siculus, et Cedrenus quos infra laudabimus. Item auctor scholiorum ad I Reg. cap. 11, cant. Annæ in Sixtina Gr. editione; tum catenæ, Possini quidem in Marcum p. 545-564, Corderii autem in Joannem p. 436-8. Sanctus Ambrosius, etsi Eusebium nominatim non appellat, ejus tamen opere latissime utitur in Commentario ad Lucam ix. Utrum sanctus Augustinus, qui suo quodam peculiari modo ingenioque loquitur, ad Eusebium nostrum respexerit, non definitio; nam modo congruit, modo dissidet, quod tali in opere fieri necesse est. 9. Sanctus Hieronymus in Comm. ad Matth., sub initio et fine, ex Eusebianis quæstionibus haurit, et quidem ex illis ad Marinum abundanter in epistola 120, capp. 3, 4, 5, 6, 7, 9. Cæteroqui Græcos præsertim biblicarum quæstionum auctores, quorum longus catalogus contezi potest, Eusebium præ oculis habuisse, quis dubitet?

ΕΚΛΟΓΗ ΕΝ ΣΥΝΤΟΜΩ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΥΝΤΕΘΕΝΤΩΝ

ΥΠΟ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΙΣ

ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΥΣΕΩΝ.

EPITOME SELECTA

EX COMPOSITIS

AB EUSEBIO AD STEPHANUM

CIRCA EVANGELIA

QUÆSTIONIBUS AC SOLUTIONIBUS.

I.

Cur evangelistæ Josephi, non autem Mariæ, genus A scribant.

Qui sit, ut Christum evangelistæ tanquam a Davide genus ducentem narrent? Prorsus propter Josephum Davidis prosapia genitum. Atqui non abs Josepho Christus est, sed a sancto Spiritu et Maria, ut ait Scriptura. Oportuisset igitur Mariæ genus enarrari, siquidem Christi stemma non Josephi contexebatur, ad quem Christi humana natura nihil pertinet, quia genitus ab eo non fuit. Jam vero si Jesus a Josepho non oritur sed a Maria

A'.

Διὰ τί τὸν Ἰωσήφ, ἀλλ' οὐ τὴν Μαρίαν, οἱ εὐαγγελιστὰὶ γενεαλογοῦσιν.

Πόθεν τὸν Χριστὸν ὡς υἱὸν Δαβὶδ γενεαλογοῦσι; πάντως οὐ διὰ τὸν Ἰωσήφ τὸν ἐκ Δαβὶδ γεγονότα· ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Ἰωσήφ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας, ὡς φησὶν ἡ Γραφή· ἐχρῆν τοίνυν τὴν Μαρίαν γενεαλογεῖν, εἴπερ τὸν Χριστὸν γενεαλογεῖν ἐβούλοντο, ἀλλ' οὐ τὸν Ἰωσήφ, ὃ μὴδὲν προσήκων τυγχάνει κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, μὴ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος· εἰ δὲ μὴ ἐξ αὐτοῦ τυγχάνει ὢν, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς Μαρίας, οὐκ ἂν εἴη ἐκ τοῦ Δαβὶδ, ἐπειδὴ

τῆν Μαρίαν οὐδεὶς λόγος ἀποδείκνυσιν ἀπὸ Δαβὶδ γε- A
νομένην· μάτην ἄρα τὸν Χριστὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ
Θρωλοῦσαι, μήτε τοῦ Ἰωσήφ ὄντα υἱὸν, μήτε τῆς Μα-
ρίας ἀπὸ Δαβὶδ γενεαλογουμένης· τοιαῦτα μὲν τινα
τὸ πρῶτον τῶν ἠπορημένων περιεῖχε· λύσεις δ' ἄνευ
αὐτῶ ἔδε.

α'. Τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πρά-
ξεων, τὰ μὲν σωπᾶσθαι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς τότε, τὰ
δὲ εἰς πολλῶν ἀκοὰς διεδίδωτο, ὅσα πρὸς ὠφέλειαν
ἤμελλε συμβᾶλλεσθαι τοῖς ἀκρωμένοις· ὅσον ὡς ἐπὶ
παραδείγματος τριακοστὸν ἄγων τῆς τοῦ σώματος ἡλι-
κίας ἔτος, πάρεσιν ἐπὶ τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ βάπτι-
σμα· καὶ ἐντεῦθεν ἀπάρχεται τῆς διδασκαλίας καὶ
τῶν τεραστίων ἔργων· τίνα δὲ τὰ πρὸ τοῦ βαπτισμα-
τος ἐντὸς ὄλων ἐτῶν τριάκοντα πραχθέντα αὐτῷ, οὐ-
δεμία ἱστορία δηλοῖ, οὐδ' ἔστιν ἀπὸ τίνος θείας Γρα-
φῆς τὸν πρὸ τούτου καταμαθεῖν αὐτοῦ βίον. Ἄλλὰ καὶ
ἐξ οὐπερ εἰς πάντας ἐγνώσθη, τὰ μὲν εἰς ἀκοὰς πάν-
των ἐκήρυττε, τὰ δὲ μόνους τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἔμυ-
σταγῶγει· καὶ ποτὲ μὲν παραδοξοποιῶν παρήνει μη-
δενὶ λέγειν, ποτὲ δὲ ἄνευ τῆς τοιαύτης παραινέσεως τὰ
θαυμάσια κατειργάζετο. Ἐν δὲ ἅν μάλιστα τῶν σε-
σιγῆσθαι δεδομένων, τὸ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ
θαῦμα ἦν· οὐδενὸς τῶν καθ' ὃν ἐνηθρώπησε χρόνον,
ὀλίγων ἐκτὸς τούτου γινῶσιν κεκτιμένου.

β'. Φησὶ δὲ που ὁ ἅγιος ἀνὴρ (Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ),
τῆς Ἀντιοχείων Ἐκκλησίας δευτέρως γεγονώς μετὰ
τοὺς ἀποστόλους ἐπίσκοπος, ὡς ἄρα καὶ τὸν ἄρχοντα C
τοῦ αἰῶνος τούτου ἔλαθεν ἢ παρθενία Μαρίας, καὶ ἡ
τοῦ Σωτῆρος ἐξ αὐτῆς γένεσις· λέγει δ' οὕτως· « Καὶ
ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἢ παρθενία Μα-
ρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ
Χριστοῦ· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ
Θεοῦ ἐπράχθη. » Ἔστι δὲ καὶ λογισμὸς λαβεῖν, ὅτι μὴ
πάντων ἦν τῶν ἐν σαρκὶ βιούντων τὸν Χριστὸν Θεοῦ
καὶ σὺν ἀνθρώποις ἀναστραφέντα οἷα κοινὸν ἀνθρωπὸν
ἰρώντων, τὸ δύνασθαι πιστεῦν ἐξ ἀπειρογάμου κό-
ρης αὐτὸν δίχα πατρὸς γεγονέναι οὐδ' εἰς πολλοὺς ἐκ-
φέρειν, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Ἰωσήφ ἢ Μαρίας συλλαβούσα
τὸν Ἰησοῦν ἐγέννα, λυσιτελεῖς ἦν· ἢ γὰρ ἂν καὶ δίχην
κατὰ τὸν Μωυσέως νόμον ἢ παρθένος ὑπέσχευ, ὡς
πρὸ ὥρας γάμου διαφθαρεῖσα τὴν παρθενίαν· διόπερ
εἰκότως ἐπισημαίνεται ἀκριβῶς φήσασα ἡ Γραφή, D
« Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα· »
μονοουχὶ διδάσκουσα ὅτι μὴ πρὸ γάμου συνείληφε,
μηδὲ πρὸ τοῦ παρὰ τὸν ἄνδρα ἔλθειν μετὰ δὲ τὸ συν-
αρθῆναι τὸν Ἰωσήφ καὶ παρ' αὐτῷ γενέσθαι, παρὰ
πᾶσι τε γυναῖκα αὐτοῦ χρηματῖσαι, συνόντων ἀλλή-
λοις, καὶ τῆς γαμικῆς ὁμιλίας ἀπτεσθαι ἤδη γούν
μελλόντων, αὐτῆς ὡς εἶπεν ὥρας πρὶν ἢ συνελθεῖν
αὐτοὺς, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου.
Καὶ τοῦτο γε παγχορησίμως εἰς τὸ λαβεῖν τοὺς πολλοὺς

tantummodo, is ne a Davide quidem est : quai do-
quidem Mariam nulla historia Davide oriundam
demonstrat. Temere igitur evangelistæ Christum
Davidis genere ortum celebrant, cum neque is Jo-
sephi sit filius, neque Mariam in familia Davidis
fuisse docuerint. Hujusmodi erat quæstio prima,
quæ sic dissolvitur.

1. Res Jesu Christi Servatoris nostri partim
clam habere oportebat illorum temporum homini-
bus : partim vero ad communem notitiam effere-
bantur, quæcunque audientibus utilitatem erant
allaturæ. Veluti Jesus, ut aliquid exempli causa
dicam, mortalis ætatis tricesimum annum agens
stitit se publice ad Joannis baptismum, atque hinc
fecit initium magisterii sui ac prodigiorum : quid
tamen citra tricesimum annum gesserit, nulla hi-
storia docet ; neque ex ulla divinæ auctoritatis
Scriptura superiorem vitam ejus discere licet. Sed
enim postquam etiam nemini ignotus erat, alia
quidem audientibus omnibus prædicabat ; aliis au-
tem, tanquam mysteriis, discipulos tantummodo
suos initiabat : ac modo prodigia ab se edita di-
vulgari nolebat, modo sine ullo ejusmodi vetito
miracula faciebat. Jam in iis, quæ silentio pre-
mere placuit, miraculum ejus nativitatis erat, ita
ut illorum, qui mortali ejus vitæ interfuerunt, ne-
mo, paucis exceptis, rei conscius fuerit.

2. Dicit autem vir sanctus, nomine Ignatius, qui
Antiochenæ Ecclesiæ secundus fuit post apostolos
episcopus, ipsum sæculi principem latuisse Mariæ
virginitatem, ac Servatoris ex ea nativitatem. Sic
enim ait (1) : « Latuit principem hujus sæculi
virginitas Mariæ, ejusque partus, itemque Christi
mors : mysteria tria clamosa, quæ tamen sub di-
vino silentio peracta fuerunt. » Jam ipso mentis
ratiocinio intelligere licet, haud fieri potuisse, ut
mortales omnes, qui Dei unctum inter homines
communi hominis forma versantem cernebant, nat-
tum crederent e puella nuptiarum ignara, patre
nullo. Neque porro expediebat, ut multi comper-
tum haberent, Mariam haud ex Josepho conceptum
peperisse Jesum : prorsus enim pænæ fuisset ob-
noxia de Mosaicæ legis mandato virgo, ceu si ante
nuptiarum tempus virginitatem violavisset. Quam-
obrem merito animadversum est, vigilanter ad-
modum Scripturam dicere : « Antequam ipsi con-
venirent, inventa est in utero habens ; » tanquam si
aperte diceret, eam ante nuptias non concepisse,
neque prius quam ad virum accederet : sed post-
quam cum Josepho conjugata fuit, atque apud eum
diversari cœpit (2), et ab omnibus conjux ejus ap-
pellari : cum una habitarent, ac nuptiali consue-
tudine jam usuri viderentur, ipsa propemodum
hora antequam convenirent, inventam esse in

(1) Epist. Ignatii ad Ephesios cap. xix, ubi vide-
sis doctissimi Cotelierii adnotationem, apud quem
Usserius verba hæc eadem recitat ex Andrea Hiero-
sol. Cretensi episcopo, nisi quod pro κραυγῆς
scribitur ibi φρικτά, quæ deterior lectio est, quia

non opponitur vocabulo κραυγῆς.

(2) De hac communi SS. Patrum opinione Com-
belisius *Bibl. conc. t. 1, p. 22*, contra Suaresium et
Raynaldum. Nicephorus quoque Callistus *Hist. 1,*
8, cum Eusebio consentit.

utero habentem de sancto Spiritu. Atque hæc percommode ob vitandam vulgi notitiam curata sunt. Nam si Mariæ a parentibus nondum digressæ, gravidæ fieri contigisset; quia necesse erat rem palam famigerari, nempe quod ipsa haud ex publice noto viro suo concepisset, protinus supplicium ex forma juris ¹ subiisset: si minus, certe stupri macula non vacasset: neque enim ipsa sibi testis esse poterat, neque ad fidem faciendam eorum quæ sibi acciderant erat idonea: nec quisquam sibi aut angeli visum persuaderi passus esset, aut illi narranti credidisset quæ eidem a Gabriele dicta fuerant: neque eam jam prægnantem domi suæ Josephus recepisset, quem justitiæ publicum testimonium ornabat. Bene igitur non apud ipsos parentes, sed apud Josephum gravida facta est, ac maritali ut Scriptura testatur, in utero habens inventa est.

3. Cui porro inventa est, nisi Josepho? Cur autem et quomodo res Josepho comperta fuerit, Scriptura docet dum ait, a sancto Spiritu patefactam esse Josepho justo homini; qui ob hanc ipsam justitiam suam nil mirum est si a divino Spiritu adjutus, conjugis nox futuræ conceptiones intellexit, atque a maritali congressu abstinuit. Mirum igitur re cognita territus voluit occulte dimittere Mariam: quæ acciderant majora existimans, quam ut ipse cum ea posthinc versaretur. Atque hæc eausa fuit, quamobrem justus cum esset, haud æquum judicavit eam diffamare: maluit autem occulte eandem dimittere. Profecto is, nisi sibi persuasisset, eam de sancto Spiritu concepisse; cum probe simul sciret eandem a se viro uterum non gerere; qui tandem fieri poterat, ut non, pro suæ justitiæ munere, ante nuptias corruptam publice ediceret, atque ob id magistratibus idoneis judicandam traderet ac diffamandam? Alioqui quomodo justus esset, qui de re impia tegenda celandaque satageret? Certe Josephum ita se gerentem, ab evangelista justum appellari, non erat consentaneum. Sed enim quia ipse diviniorem Virginis de sancto Spiritu conceptum novit; et quia eandem augustiorem existimavit, quam ut sibi diutius liceret cum illa habitare; recte idcirco evangelista dicit, a Josepho captum esse consilium clam sponsam dimittendi neque diffamatam a se neque objectam vulgi sermonibus. Bene igitur ab evangelista dici videtur, quod eam diffamare noluerit. Non enim ait nolens eam infamare, sed « diffamare; » quorum vocabulorum multa est differentia. Sicut enim non idem significat scribere et proscribere, putare et imputare, rogare et abrogare; sic neque diffamare et infamare: namque infamare facit ut cogitemus de publica hominis malefici patefactione ac delatione; diffamare autem patefaciendi tantummodo notionem habet.

¹ Deut. xxii, 23.

(2) *Τὴν θειοτέραν τῆς Παρθένου.* Legendum videtur esse, leviter immutato verborum ordine, *θειοτέραν τὴν τῆς Παρθένου.* Εἶπ. τ.

(3) En Eusebius diserte affirmat lectionem *δειγματίζεαι*, quam habet etiam antiquissimus omium

ἰσχυρόμητο· εἰ γὰρ δὴ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν αὖσαν ἔτι συνέθη κατὰ γαστρὸς λαβεῖν, κἄν εἰκὸς ἦν βοηθῆναι τὸ πρᾶγμα ὅτι μὴ ἐκ προδῆλου ἀνδρὸς ἐκνοφορήθη, θάπτον δ' ἂν καὶ ἀνήρητο κατὰ τὸν νόμον· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, αἰσχρὰς δ' οὖν οὐκ ἂν ἤλευθέρωτο ὑβρεῖς· οὐ γὰρ δῆπου μάρτυς αὐτῆ ἑαυτῆς καὶ τῶν περὶ αὐτῆ πεπραγμένων ἀξιόπιστος ἦν· οὐδ' ἂν ἐπεισθη τις ἢ ἀγγέλου ἐπιφάνειαν, καὶ τὰ πρὸς αὐτὴν εἰρημένα πρὸς τοῦ Γαβριὴλ αὐτῆ διηγουμένη, οὐδ' ἂν κύουσαν κῆδὸς προσήκατο εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον Ἰωσήφ, ἀνὴρ δίκαιος εἶναι μεμαρτυρημένος· διόπερ εἰκότως οὐ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν, ἀλλ' ἤδη παρ' αὐτῶ γενομένη ἐγκύμων σὺν αὐτῶ γενομένη, παρ' αὐτὴν ὡς εἰπεῖν τὴν τοῦ γάμου τάξιν· πρὸ γὰρ τοῦ συνελθεῖν αὐτοῦς, ὡς ἡ Γραφή μαρτυρεῖ, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα.

propemodum more: antequam enim convenirent,

γ'. Τίνι δ' ἄρα εὐρέθη, ἀλλ' ἢ τῷ Ἰωσήφ; πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον εὐρήται τοῦτο τῷ Ἰωσήφ, ὁ λόγος διδάξει φάς, ἐκ Πνεύματος ἁγίου γνωστὸν γέγονεν οὕτω καὶ τῷ Ἰωσήφ· δίκαιος γὰρ ἦν· δίκαιος δὲ τυγχάνων, οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ θεοῦ Πνεύματος ἤξιωτο πρὸς τὸ συνεῖναι μὲν τῆς μελλούσης γαμετῆς κύησιν, ἐπιχεῖν δὲ τὴν κατὰ ἀνδρα κοινωσίαν. Αὐτίκα συνεῖς καὶ καταπλαγεῖς ἐβουλήθη λάθρα ἀπολύσαι αὐτὴν· μεζῶνα ἢ κατὰ τὴν σὺν αὐτῶ διατριβὴν τὰ πεπραγμένα εἶναι λογισάμενος. Καὶ τοῦτο ἄρα ἦν τὸ αἴτιον, δι' ὃ, δίκαιος ὢν, οὐκ ἔκρινε μὲν δίκαιον εἶναι δειγματίζεαι αὐτὴν, ἐβουλήθη δὲ λάθρα ἀπολύσαι αὐτὴν· καὶ μὴ εἰ μὴ ἐξ ἁγίου Πνεύματος πέπειστο αὐτὴν συνελθῆναι, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι μὴδὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ κατὰ γαστρὸς ἔφερε, τί δῆτα δίκαιος ὢν ὁ ἀνὴρ, οὐκ εἰς πάντας ἐξάγων τὴν διαφθαρείσαν πρὸ γάμου τὴν ὥραν, τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν παρεπίδου δράσασαν δειγματίζεαι; πῶς δὲ δίκαιος ὁ τὴν παράνομον πράξιν ἐπισκιάζειν καὶ ἐπικρύπτειν προθυμούμενος; ἀλλ' οὐκ εἰκὸς τὸν εὐαγγελιστὴν δίκαιον αὐτὸν ἐπὶ τούτοις φάναι, ἀλλὰ γὰρ συναισθόμενον διὰ ἁγίου Πνεύματος τὴν θειοτέραν τῆς Παρθένου (2) γεγενῆσθαι κύησιν, καὶ κρείττονα τῆς σὺν αὐτῶ διατριβῆς ἡγησάμενον εἶναι τὴν οἰκονομίαν, εἰκότως φησὶν αὐτὸν διανοηθῆσθαι λάθρα ἀπολύσαι αὐτὴν μὴ δειγματισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, μὴδὲ τοῖς πολλοῖς φανεράν γενομένην· εὖ γοῦν καὶ τὸ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίζεαι εἰρησθαι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὐ γὰρ ἔφησε μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίζεαι, ἀλλὰ μὴ δειγματίζεαι (3) θέλων πολλῆς οὕσης ἐν τούτοις διαφορὰς· ὡς γὰρ οὐ ταυτὸν σημαίνει τὸ γράφαι καὶ παραγράφαι, καὶ τὸ λογισασθαι καὶ παραλογισασθαι, καὶ ψηφίσαι καὶ παραψηφίσαι· οὕτως οὐδὲ τὸ δειγματίζεαι καὶ παραδειγματίζεαι· τὸ μὲν γὰρ παραδειγματίζεαι, τὴν ἐπὶ κακῶς πράξαντι εἰς πάντας φανέρωσιν τε καὶ διαβολὴν ὑποβάλλει νοεῖν τὸ ἐδειγματίζεαι, τὸ φανερόν ἀπλῶς ποιῆσαι.

codex biblicus Vaticanus, nec non palimpsestus Dublinensis. Apud Sabaterium consonant cod. Cantabrig. *praepalure*, S. Augustinus, *divulgare*, Vigilus Taps., *detegere*.

δ'. Ἐπειδὴ δὲ τούτου γενομένου, εἰ καὶ λάθρα αὐτὴν ἀπολελύκει, μείζον ἦν τὸ πρᾶγμα, ἢ κατὰ τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς, εἰκότως ἐπιστάς θναρὸς ὁ ἄγγελος ἔφη τῷ Ἰωσήφ· « Ἰωσήφ Ἰωσήφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματος ἁγίου. » Καθὼς γὰρ ὡς πρῶτον υἱὸν Δαβὶδ ἀνακαλεῖ, ἀναπέμπων ἐπὶ τὸν προπάτορα, διὰ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τοῖς πατρὶσι προσδοκώμενον· ἐπεὶ διὰ τί μὴ υἱὸν αὐτὸν ἐφησεν Ἰακώβ; οὗτος γὰρ ἦν αὐτοῦ κατὰ σάρκα πατήρ, ὡς μαρτυρεῖ ὁ εὐαγγελιστῆς· « Ματθᾶν δὲ ἐγέννησε τὴν Ἰακώβ· Ἰακώβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· » νῦν δὲ παρὲς τοῦ πατρὸς τὴν μνήμην, τοῦ προπάτορος ὑπομμνήσκει· μονονοχὶ σημαίνων ὡς ἄρα ὁ ἐπηγελημένος τῷ Δαβὶδ, οὗτος ἦν ὁ παραδόξως ὁ μὴ ἐξ αὐτοῦ, ἐκ Πνεύματος δὲ ἁγίου ὑπὸ τῆς Μαρίας κυοῦμενος· ἐπειτα δὲ αὐτῷ θαρσέειν παρακελεύεται δι' ὃν εἰχεν φόβον· οὐχ ὁ τυχὼν γὰρ φόβος ἦν αὐτῷ συνασθμαμένω μὴ ἐξ ἀνδρὸς κεκυηχέναι τὴν Μαρίαν· κάπειτα αὐτὸν διδάσκει οὐχ ὁ μὴ ἠγνοεῖν, ἀλλὰ τοῦ καὶ πρότερον γινωσκομένου τὴν αἰτίαν· λέγει δ' οὖν· « Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματος ἁγίου. »

ε'. Τοιαύτη τις καὶ τοσαύτη γενέσθαι οἰκονομία ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὴν τῆς παρθένου κύησιν τοὺς ἀπίστοις, ἐκ τῆς θείας ὑποφαίνεται μοι Γραφῆς· καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἐπιστεύθη βραδίως ὁ λόγος παρὰ τοῖς τοῦτο ἀκούουσιν, ἀνδρα τε αὐτὸν ἡμῖν ὁμοιοπαθῆ· τὸ σῶμα, καὶ κατ' οὐδὲν τὴν θνητὴν φύσιν παραλλάττοντα θεωρούμενοι· τί γὰρ εἰ καὶ μετὰ ταῦτα παραδοξοποιῶν καὶ τὰς ἐνθέους εὐεργεσίας εἰς πολλοὺς ἐκτείνων ἐπληρτε τοὺς ὀρώμετας; οὐχὶ δὲ καὶ Μωϋσῆς πολλὰ θαυματουργήσας, τῆς κοινῆς ὁμοῦ γενέσεως οὐκ ἠμοίρει; Ἡλίας τε, καὶ Ἐλισσαῖος, καὶ ὁ καθεὶς τῶν προφητῶν; οὐδὲν οὖν πρὸς τὸ μὴ ἐξ ἀνδρὸς νομίζεσθαι τὸν Ἰησοῦν ἢ τῶν τεραστίων ἔργων ἐπίδειξις αὐτῷ συνεβάλλετο· αὐτίκα οἱ κατ' αὐτὸν οὐδ' ἄλλο τι περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ φανταζόμενοι, καίπερ τὰ δρώμενα ὑπ' αὐτοῦ ὀρώμετες, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· « Πόθεν τοῦτω πᾶσα ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνάμεις; οὐχ οὗτος ἐστὶν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαρία; καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, Ἰακώβος καὶ Ἰωσήφ καὶ Σίμων καὶ Ἰούδας; καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; » Καὶ ἄλλοτε πάλιν τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐσώτων ἕξω καὶ ζητούντων λαλήσαι αὐτῷ, εἰπέ τις αὐτῷ· « Ἴδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοὶ σου ἐστῆκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες. » Καὶ τί θαυμαστὸν ὅτε καὶ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι ἐρωτηθέντες, « Τίνα με, φησίν, οἱ ἄνθρωποι λέγουσιν; » ἀπεκρίναντο, ὡς ἄρα οἱ μὲν Ἰωάννην αὐτὸν εἶναι ἠγοῦνται, οἱ δὲ Ἡλίαν, οἱ μὲν Ἰερεμίαν, οἱ δὲ ἕτερον τινα τῶν προφητῶν· ἐρωτώμενοι δὲ τίνα ποτὲ καὶ αὐτοὶ ὄδεσαν ἔχουσι περὶ αὐτοῦ, οἱ πάντες ἀπεσιώπησαν, ὡς οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν· μόνου δὲ Πέτρου ἔφρασαντος, ὡς ἄρα αὐτὸς εἶη ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἅτε μόνω αὐτῷ τοῦτο γνωσθέντι ἐπιφέρει λέγων· « Μακάριος εἶ. Σίμων βῆρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ

4. Sed quia tamen fieri non poterat ut multos ea res lateret, etiamsi Mariam Josephus clam deservisset, commode angelus per somnium huic oblatum ait : « Joseph Joseph filii Davidis, timeas accipere Mariam conjugem tuam : quod erim in ea natum est, de Spiritu sancto est ». Et videsis ut a principio filium Davidis hunc appellat, scilicet eundem revocans ad progenitorem ope illius quem a Davidis genere omnes expectabant. Alioqui cur non eum Jacobi filium dixisset? Hic enim erat illius natura proximus pater, teste evangelista : « Matthanus autem genuit Jacobum ; Jacobus autem genuit Josephum. » Nunc vero, prætermissa patris mentione, progenitorem commemorat ; prope modum significans, qui Davidi promissus fuerat, hunc esse quem prodigiose et sine ullo Josephi officio, sed de Spiritu sancto Maria conceperat. Deinde eum jubet timorem, quo correptus erat, dimittere. Non enim in mediocri versabatur formidine, dum reputaret haud ex viro gravidam esse Mariam. Exim eundem docet non quod non ignorabat, sed præcogniti causam. Ait igitur : « Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. »

5. Tale milii tantumque agitatam consilium ex divinis litteris apparet, propter occultandum incredulis conceptum virginis. Neque enim facile credituri erant, qui sermonem ejusmodi audirent de homine mira narrantem, quem æque ac nos infirmo corpore naturaque haud dissimili præditum viderent. Quid ? etiamsi deinceps Jesus miracula edens, divinamque vim beneficam erga multos expromens, perculit cernentium animos ; nonne Moyses, qui multa mira fecit, tamen communis nativitatis particeps fuit ? itemque Elias atque Elisæus, atque prophetæ singuli ? Nihil igitur proderat prodigiorum editio, quominus Jesus crederetur viro genitus. Reapse homines illius ætatis, nihil insolitum de nativitate ejus suspicantes, quanquam ejusdem facta aspiciabant, ita colloquebantur : « Unde huic omnis sapientia hæc et virtutes ? nonne hic est fabri filius ? nonne mater ejus dicitur Maria ; et fratres ejus Jacobus et Josephus et Simon et Judas ? itemque sorores ejus nonne omnes apud nos sunt ? » Rursus alias matre ejus fratribusque extra concionem stantibus, cum eoque liti volentibus, ait quidam : « En parens tua fratresque tui foris adsunt, teque visere cupiunt ». Nec mirum ; siquidem etiam discipuli atque apostoli rogati ab eo quem se esse homines dicerent, responderunt : « Aliis eum videri Joannem, aliis Eliam, aliis Jeremiam, aliis alium de prophetis ». Rursusque rogati quem et ipsi se esse putarent, silebant cuncti, nihil dicere habentes : unnsque Petrus ait, eum esse Christum Dei viventis Filium. Quippe et huic uni, tanquam rei conscio, respondit Jesus : « Beatus es, Simon bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est ». »

¹ Math. i, 20.

² Math. xii, 47.

³ Math. xvi, 15.

⁴ Math. xvi, 17.

Testis item Maria, se cogitatu secreto apud se quæ gesta fuerant continuisse. Ait itaque Scriptura : « Maria autem conservabat omnia verba hæc conferens in corde suo ⁶. »

6. Igitur demonstratum est, utiliter per id tempus conceptionem Jesu de sancto Spiritu apud vulgus fuisse celatam. Josephus autem in parentis locum assumptus est, ita ut merito tanquam pueri genitor in genealogia poneretur. Id nisi fiebat, nullo parente censeretur puer, cujus stemma ab illo non deduceretur: quæ res in impietatem multos pertraxisset, si ob rei veræ ignorantiam, de natalibus ejus haud honeste sentirent. Utiliter itaque et fabri filius, et appellatorum filiorum frater habitus est. Et quidem ipse Deus Verbum haud se hominem esse negabat: imo discipulis præcipiebat, ne cui dicerent eum se esse, quem prophetæ venturum cecinerant, unctum Dei⁷: neque enim fidem plerique erant arrogaturi, qui eum humili indutum specie videbant. Sic in illa etiam montana transfiguratione rursus mandavit discipulis ut visum nemini dicerent, donec Filius hominis a mortuis resurgeret⁸. Pronum quippe erat ut multi de coætaneis ne id quidem sibi persuaderi paterentur. Quod si hæc non putavit vulganda, multo magis oportuit natalia de virgine tunc in populo reticeri: quæ commodo deinde tempore omnem de eo veritatem erant ostensura. Tempus autem commodum futurum erat, cum ipse a mortuis resurgeret, et cum in cælum assumeretur, et cum orbem terrarum fama ejus tanquam Dei Verbi pervaderet; cum denique gentes vocarentur, ac divina illius oracula exitum nanciscerentur; rerum scilicet eventu præsagiis ejusdem ac prædictionibus fidem perspicuam adjiciente.

7. Atque apud nostræ quidem ætatis homines, qui rerum fidem a majoribus acceperunt, quique Christi conditionem plus quam mortalem fuisse sciunt, reliqua quoque merito in confesso sunt, pedum nativitatis mysterium: veruntamen incliti evangelistæ necessario tunc Josephum in genealogia posuerunt, qui videlicet ab omnibus Jesu parens appellabatur. Quod si hæc ratione neglecta, a matre genus ejus ordinavissent; præter quam quod id indecorum erat, et divinarum Scripturarum simplicitate alienum, quia neminis antea per matrem genus descriptum fertur; is cujus genealogia texebatur, incerto patre nescio quis terræque filius visus esset. Id autem, ut dixi, haud mediocri ignominia et criminationi obnoxium erat. Commode igitur dum Josephum prædictam ob causam a Davidis stirpe derivant, Mariam simul Davide oriundam comprobant, genere conjugis per sponsum demonstrato. Moysis quippe lege edicente, ut ne aliunde liceret nuptias sibi conciliare

καὶ αἴμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ Μαρία βαθεῖ λογισμῶ παρ' ἑαυτῆ κατέχειν τὰ γεγενημένα· φησὶ γοῦν ἡ Γραφή⁶· « Ἡ δὲ Μαρία πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. »

ζ'. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται ὅτι χρησίμως κατ' ἐμῆνον καιροῦ, ἢ μὲν ἐξ ἁγίου Πνεύματος τοῦ Ἰησοῦ γένεσις παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπεισιπάτο, ὁ δὲ Ἰωσήφ ἐν χώρᾳ πατρὸς παρελαμβάνετο· εἰκότως οὖν ὁ πατήρ τοῦ παιδὸς ἐγενεαλογεῖτο· εἰ δὲ οὖν μὴ τοῦτο ἐγεγόνει, ἀπάτωρ ἂν ἐνομιόσθη ὁ παῖς μὴ ἐκ πατρὸς γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ εἰς ἀσέβειαν ἤγαγεν ἂν τοὺς πολλοὺς, οἳ δι' ἄγνοιαν τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα ἀληθείας ἐδυσφήμον τὴν γένεσιν· χρησίμως οὖν καὶ τοῦ τέκνονος (υἱὸς) καὶ τῶν ὀνομασμένων τέκνων ἀδελφῶν ἐχρημάτιζεν· ἐπεὶ καὶ Θεὸς Λόγος ὢν, οὐκ ἀπηνεῖτο ἑαυτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ παρήγγειλε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἵνα μηδενὶ εἰπωσιν, ὅτι αὐτὸς εἶς ὁ πάλαι πρὸς τῶν προφητῶν ἤξειν βούμενος ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ ἐπίστευσαν οἱ πολλοὶ τῶν τότε θεωμένων αὐτὸν εὐτελεῖς σχῆμα περιβεβλημένον· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως ἐνετείλατο πάλιν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων· « Μηδενὶ εἰπῆτε τὸ ὄραμα ἕως οὗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῆ. » εἰκὸς γὰρ μηδὲ τοῦτο πιστεῦσαι τῶν τότε τοὺς πολλοὺς· εἰ δὲ ταῦτα μὴ εἰς φανερόν ἤκειν ἔκριεν, ἢ ποῦ γε τὰ τῆς ἐκ παρθένου γενέσεως ἀποσιωπᾶσθαι τὴν καιρῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐχρῆν, εἰς ἐπιτήδειον καιρὸν τῆς περὶ αὐτοῦ ἀληθείας ἀναφανησόμενα· οὗτος δὲ ἦν ὁ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰς οὐρανὸν ἀσπληψέως, τῆς τε εἰς πάντα τὸν κόσμον ὡς ἂν περὶ Λόγου Θεοῦ διαδραμούσης περὶ αὐτοῦ φήμης· ὁ τε τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καθ' ὃν καὶ αἱ θεῖαι αὐτοῦ φωναὶ τέλος ἐλάμβανον, τὰ τῶν προγνώσεων αὐτοῦ καὶ προβήσεων διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἐναργῶς πιστούμεναι.

ζ'. Τοῖς γοῦν καθ' ἡμᾶς ταῦτα παραδεξιμένοις καὶ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ οὖσιν ἐπεγνωκόσιν, εἰκότως τὰ τε λοιπὰ καὶ τὰ τῆς γενέσεως πιστὰ εἶναι ὁμολογεῖται· πλὴν ἀλλ' οἱ θαυμάσιοι εὐαγγελισταὶ ἀναγκαίως τότε παρὰ Ἰουδαίους τὸν Ἰωσήφ ἐγενεαλόγουν αὐτὸν ἔχεινον τὸν παρὰ πᾶσι βούμενον τοῦ Ἰησοῦ πατέρα· εἰ γὰρ τοῦτο παρελθόντες, μητρῶθεν αὐτὸν ἐγενεαλόγουν, πρὸς τῷ καὶ ἀπρεπὲς εἶναι τοῦτο, καὶ τῆς τῶν θείων Γραφῶν βῆθειας ἀλλότριον, οἳ μὴδεὶς τὸ πρότερον ἐκ γυναικὸς γενεαλογηθεὶς ἴστορεῖται, ἔδοξεν ἂν ἀπάτωρ τις εἶναι καὶ δυσγενῆς ὁ γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ, ὡς ἔφην, οὐ μικρὰς ἦν δυσφημίας ὁμοῦ καὶ κατηγορίας· διὸ χρησίμως τὸν Ἰωσήφ ἀπὸ Δαβὶδ διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν γενεαλογούντες, ἐν ταυτῷ καὶ τὴν Μαρίαν ἐκ Δαβὶδ γεγονέναι συνίστων, διὰ τὸν μνηστῆρος τὸ τῆς γαμετῆς ὑποφαινομένης νόμου γὰρ Μωϋσέως διαγορευόντος μὴ ἀλλοθεν ἐξεῖναι πρὸς γάμον λαμβάνειν, ἢ ἐκ τοῦ γένους τοῦ οἰκείου καὶ τῆς ἰδίας φυλῆς, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο τοῦ γένους ὁ κληρὸς ἀπὸ φυλῆς

⁶ Luc. II, 21. ⁷ Matth. XVI, 20. ⁸ Matth. XVII, 9.

εις φυλὴν, αὐτάρκης ἦν ἡ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγραφὴ καὶ τὴν γυναῖκα δηλώσαι· νομικῶς γὰρ βίους οὐδ' ἄλλοθεν ἐμνάτο τὴν γυναῖκα, ἣ πρώτη μὲν ἐκ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Ἰούδα· ἔπειτα ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς αὐτῆς πατριᾶς, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Δαβὶδ· τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ τοῦ νόμου παραγγέλματα· ὅτε τοῖνον ὁ Ἰωσήφ φυλῆς γεγονὼς ἀποδείκνυται Ἰούδα, κλήρου τε καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, πῶς οὐχ ἔπεται καὶ τῇ Μαρίᾳ ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρασθαι;

η'. Εἰ δὲ λέγοιτο ὑπάρχειν συγγενῆς τῆς Ἐλισάβετ, αὐτῆς μὲν οὐσης ἐκ φυλῆς Ἰούδα, τῆς τε (3') Ἐλισάβετ ἐκ τῆς τοῦ Λευὶ, μὴ θαυμάσης· πᾶν γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐνὸς ἦν γένους, αἱ τε φυλαὶ πᾶσαι ἀλλήλων συγγενεῖς· ἔθνη καὶ ὁ θεὸς Ἀπόστολος συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας ὀνομάζει Ἰουδαίους, λέγων· «Ὁ νόμος γὰρ ἀνάθημα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, ὁτινὲς εἰσιν Ἰσραηλίται·» καίτοι συγγενεῖς αὐτοῦ ἐτύγχανον μόνοι ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν· οὐκοῦν πάντας ἀπλῶς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς ἑαυτοῦ προσεῖπεν ὁ Παῦλος· οὕτω δ' οὖν καὶ τὴν Ἐλισάβετ συγγενίδα προσεῖπεν ὁ ἄγγελος τῇ Μαρίᾳ, διὰ τὸ ἄμφω Ἰσραηλίτιδας εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ εἰκὸς ἀπὸ τόπου συγγενίδα τῆς Μαρίας κεκληθῆσαι τὴν Ἐλισάβετ, διὰ τὸ οἰκεῖν ἐπὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀφ' ἧς ὠρμάτο ἡ Μαρία· μαρτυρεῖ γοῦν ὁ Λουκᾶς λέγων· «Ἀναστᾶσα δὲ Μαρία ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὄρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς πόλιν Ἰούδα, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ·» τοῦ γὰρ Μωϋσέως νόμου μὴ ἀπορίσσαντος τῇ τῶν ἱερέων φυλῇ κληρὸν, ὅτι Κύριος ὁ θεὸς μερὶς αὐτῶν, διαταξαμένου δὲ μεταξὺ τῶν λοιπῶν φυλῶν οἰκεῖν αὐτοὺς, τοῦ τε Ζαχαρίου καὶ τῆς Ἐλισάβετ πόλιν φυλῆς Ἰούδα κατοικησάντων, ἀφ' ἧς ὠρμάτο Μαρία, εἰκὸς καὶ ταύτης ἔνεκεν τῆς αἰτίας συγγενεῖς αὐτᾶς ἀνειρησθαι· οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ τῆς ὁμοιοτροπίας χάριν, δι' ἧς ἄμφω τῆς σωτηρίου οἰκονομίας ἠξιώθησαν, ἡ μὲν τὸν Σωτῆρα, ἡ δὲ τὸν πρόδρομον τοῦ Σωτῆρος ὑποδεξάμεναι, ἐνὸς τε καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πνεύματος μετασχοῦσαι· διὸ καὶ μάλιστα μίς τῆς κατὰ θεὸν συγγενείας μετεῖχον· Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτως ἀπολυτέον.

θ'. Εἰ δὲ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς τυγχάνει ὁ ὢν ἀνὴρ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καὶ ἔσσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον, ἣ τε μεμνηστευμένη ἀνδρὶ διαμαρτοῦσα μοιχείας κατὰ τὸ αὐτὸ τιμωρίαν ὑπομένει, ὡς ἤδη τοῦ μνηστῆρος σῶμα γενομένη καὶ κεφαλὴν ἐπιγραφαιμένη τὸν ἀνδρα, πῶς οὐχὶ τῆς κεφαλῆς γενεαλογουμένης, ἔπεται καὶ τὸ σῶμα τῇ κεφαλῇ συναριθμεῖσθαι; ὥστε καὶ τὴν Μαρίαν ἡδὴ

⁹ Rom. ix, 3. ¹⁰ Ephes. v, 23. ¹¹ Gen. ii, 24.

(3') Τε. Lege δέ. Edit.

(4) Quæstio hæc de cognatione Mariæ matris Domini cum Elisabetha, exstat sub ejusdem Eusebii nomine, vix paucis verbis variatis, præter codicem

A quam ex genere proprio suaque tribu, ne videlicet generis hæreditas ex una in aliam tribum connumeretur; satis erat viri descriptio ad conjugem demonstrandam: nam qui ad legis normam viveret, haud aliam sibi uxorem copulavisset, nisi quæ primum esset ex ejus patria tribu, Judæ videlicet; deinde ex eadem gente familiaque, nempe Davidis. Illatenus enim lex jubebat. Si Josephus igitur de Judæ tribu deque Davidis gente et familia fuisse demonstratur, cur non sequitur ut Maria ex iisdem originibus prodire videatur?

8. Quod si eadem dicitur Elisabethæ cognata; cum tamen illa de tribu Judæ, Elisabetha de Levitica fuerit; ne mireris: universa quippe Judæorum gens uno genere censebatur, cunctæque tribus invicem cognatæ erant. Hinc etiam divus Apostolus Judæos omnes appellat cognatos suos, dum ait: «Optabam ego anathema esse pro fratribus meis, qui mihi secundum carnem naturam cognati sunt, Israelitis.» Atqui cognati ejus soli revera erant Benjamitæ: et tamen omnes Israelitas fratrum nominibus et cognatorum Paulus indigitat. Sic ergo angelus Elisabetham dixit Mariæ cognatam, propterea quod amhæ Israelitides essent. Insuper ex ipso loco satis decuit Elisabetham appellari Mariæ cognatam, quia nimirum habitabat in Judæ tribu, unde genus traxit Maria. Rei testis Lucas, qui ait: «Exsurgens autem his diebus Maria abiit in montana cum festinatione, in urbem Judæ, et ingressa est domum Zachariæ, ac salutavit Elisabetham.» Etenim cum lex Mosaicæ sacerdotali tribui possessiones non assignavisset, quia Dominus Deus pars ejus est, mandavisset autem ut inter cæteras tribus incoleret; cumque Zacharias et Elisabetha quadam in urbe tribus Judæ habitarent, unde oriunda erat Maria; par fuit eas ob hanc causam cognatas appellari: neque rursus immerito propter morum similitudinem, quorum gratia utraque mulier mysterio salutis digna fuit: et altera quidem Servatorem, altera Servatoris præcursorem sinibus suis receperunt, unius videlicet ejusdemque sancti Spiritus gratia potitæ. Atque hoc vel maxime nomine secundum Deum cognatæ fuerunt (4). Hæc præsentis dubitationis

D solutio est.

9. Quod si autem caput mulieris vir est, de Apostoli divi sententia⁹, duoque sunt in carne una ex Mosaicæ legis regula¹¹; et si nupta viro, quæ flagitium admiserit, adulterii pœnam ob id ipsius subit; ceu quæ jam sponsi corpus facta erat, sibique caput imposuerat virum; cur si capitis genealogia scribatur, corpus cum capite connumerari non sit consecraneum? Quamobrem Maria Josepho jam

Vat. palatinum epitomæ, etiam in catenis Vaticanis Nicetæ cod. A. f. 22, et Macarii cod. E. f. 50. Sequens tamen quinque verborum clausula nonnisi in codice A. legitur.

nupta, merito in ejus genealogia intelligenda est; A cum præsertim perspicue demonstratum sit non solum ex ejus tribu fuisse, verum etiam gente et familia. Præter quam quod etiam Gabriel in illo cum Maria colloquio vaticinans inter cætera ait: « Dabit illi Deus sedem Davidis patris ejus: » aperte docens, ejus qui ex ipsa nasciturus erat, Davidem esse progenitorem. Alioquin qui decuisset hæc ab angelo dici apud virginem, nisi eandem de Davidis genere esse confiteretur? Neque sane feminæ alienæ a Davidis stirpe dictum fuisset, « dabit illi Deus sedem Davidis patris ejus. » Quem enim narras patrem, virgo respondisset (quæ quidem fatebatur se virum nescire, intellexerat autem fore ut de Spiritu sancto conciperet), nisi omnino is sermo apud Davidis filiam fieret? Hinc apte Lucas ait: « Ascendit autem Josephus de Galilæa ex urbe Nazareth in Judæam, ut nomen suum profiteretur in urbe Davidis cui nomen Bethlehem, propterea quod esset de domo familiaque Davidis cum Maria desponsata sibi prægnante. » Haud ergo ulterius cum perplexitate legemus hunc Evangelii locum, ceu si Maria ad profitendum tantummodo nomen venisset; sed ipsam quoque putabimus, haud secus quam Josephum, de domo familiaque Davidis esse. quam Scripturam ut ita interpretemur, argumentis iis utimur quæ haecenus protulimus. Ergo perspicue, ut opinor, demonstratum est, haud temere Josephi genealogiam ab inlytis apostolis fuisse narratam, et Mariam de genere Davidis vere derivari, itemque eum, qui ex ipsa natus est, Jesum Dei un-

II.

Cur alter evangelista superne ab Abrahamo exorsus deducat genealogiam; alter autem inferne subgrediatur; neque in Abrahamo sistat, sed ad Adamum ac Deum usque deveniat.

1. Quæstionum a te propositarum secunda hæc fuit. Genealogiam Matthæus ex Abrahamo derivat; Lucas autem contrariam huic viam insistens incipit abs Josepho, tenditque ad Adamum ac Deum. Atqui oportebat, siquidem hi consona invicem et consentanea scribebant, vel Lucam ascendentem in Abrahamo consistere; vel Matthæum haud ex Abrahamo genealogiam ordiri, sed ex Adamo in quem Lucas desivit. — Facilis est hujus quoque quæstionis explicatio, neque multo sermonis artificio indiget: uterque enim evangelista una via graditur. Nam et illos qui prorsum sursumque ascendunt, itemque illos qui adversum eandem via descendunt, haud quisquam diceret diverso tramite incedere. quia scilicet una ab utrisque, id est ab ascendentibus descendentibusque, via teritur. Eadem igitur ratio est in generis successionibus. Atque hic mos antiquitus Hebræis placuit, et in divinis Scripturis solemniter est. Ecce enim in Ruthæ quidem libro genus Davidis superne

(5) Cod. A, f. 63, habet οὕτως προ διὰ τούτων.

συνηµένην τῷ Ἰωσήφ, εἰκότως συναντιλαµβάνεσθαι τῆς γενεαλογίας ὅτε μάλιστα τῆς αὐτῆς αὐτῷ φυλῆς οὐ µόνον, ἀλλὰ καὶ δήμου καὶ πατριᾶς ἀποδέδεικται γενομένη· καὶ ἄλλως δὲ ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν χρηµατισµῷ θεσπίζων ὁ Γαβριὴλ μετὰ τῶν ἄλλων εἶρηκε· « Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὴν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· » σαφῶς διδάσκων ὅτι τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννησομένου προπάτωρ ἦν ὁ Δαβὶδ· τῶς γὰρ ἄλλως εἰκότως ἦν ταῦτα τῇ παρθένῳ φάναι τὸν ἄγγελον, ἢ συνομολογούντα ἐκ τοῦ Δαβὶδ εἶναι; οὐ γὰρ ἂν μὴ ἐκ Δαβὶδ τυγχανούσῃ εἶρηκεῖτο, « Δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὴν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· » ποίου γὰρ πατρὸς; εἰκότως ἂν ἤρετο ἢ παρθένος, ὁμολογούσα μὲν ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκει, μαθοῦσα δὲ ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου συλλήφεται, εἰ μὴ ὅτι σαφῆς ἦν ὁ λόγος πρὸς θυγατέρα Δαβὶδ λεγόμενος· Ἐνθεν ἐκότως φησὶν ὁ Λουκᾶς· « Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσήφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Ναζαρέθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογράφασθαι εἰς πόλιν Δαβὶδ ἧτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ σὺν Μαρίᾳ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ ὁσπῆ ἐγκύῳ. » Οὐκέτι γὰρ ἀμφιβόλιος ἀναγνώσεμεθα τὴν παρούσαν λέξιν, ὡς τῆς Μαρίας ἀπογράφασθαι μόνης συνελθούσης, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτῆς σὺν τῷ Ἰωσήφ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ ὑπαρχούσης, τὰς ἀποδείξεις ἔχοντες τῆς τοιαύτης ἐρμηνείας τοῦ λόγου ἐκ τῶν προαποδοδεμένων. Δεδείχθαι τοίνυν σαφῶς ἠγούμαι, ὅτι μὴ μάτην ὁ Ἰωσήφ ἐγενεαλογεῖτο παρὰ τοῖς θαυμασίοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλοις, καὶ ὅπως ἡ Μαρία ἐκ σπέρματος οὕσα τοῦ Δαβὶδ συνίσταται, ὅ τε ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ.

B.

Διὰ τί ὁ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ ἀρξάμενος κατὰγει τὴν γενεαλογίαν· ὁ δὲ κάτωθεν ἀρξίσει, κοῦκ ἐπὶ τὸν Ἀβραάμ ἵσταται, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Θεόν.

β'. Ἐπεὶ τοίνυν θρόνον ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὸν αἰῶνα διαμένοντα δώσειν ἐπηγγέλτο διὰ τῶν εἰρημένων ὁ Θεὸς τῷ Δαβὶδ, πολλὴ μὲν τις ἦν διὰ ταῦτα τῷ παντὶ Ἰουδαίων ἔθνεϊ προσδοκία περὶ τοῦ δεληωθέντος θρόνου· βραχὺν δὲ χρόνον τοῦ Δαβὶδ ἠγχοσαμένου, καὶ Σολομῶνας μετ' αὐτὸν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν διαδόχων τῆς αὐτῶν βασιλείας εἰς Ἰερουσαλὴμ καὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν καταστρεφάντων, ὡς ἐξ ἐκεῖνου λελύσθαι· τὸν θρόνον τῆς βασιλείας Δαβὶδ, ἐδόκει τὰ τῆς τῶν θείων χρησμῶν ἐπαγγελίας μὴ συνίστασθαι· τοῦτο οὖν αὐτὸ τῷ θεῷ Πνεύματι πάλιν ὁ αὐτὸς ψαλμὸς προαγορεύει· ἐξῆς τοῖς προπαρατεθεῖσι λέγων· « Ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὄμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » Καὶ τὴν γε καθάρσει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ, τοῦ θρόνου τε τὴν καταστροφὴν διαβρῆδην ὑποσημαίνει πάλιν ἐξῆς διὰ τούτων· « Σὺ δὲ ἀπόσω καὶ ἐξουδένωσας, Κύριε· ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου, κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἅγλασμα αὐτοῦ· » καὶ ἐπιφέρει· « τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέρβηξας. »

γ'. Ταῦτα πάντα κατὰ τὸ αὐτὸ συνάγει τὸ Πνεῦμα, μονοουχὶ βουλόμενον ἡμᾶς διδάξαι, ὅτι οὐ περὶ τῆς βασιλείας τῆς αἰσθητῆς, οὐδὲ περὶ τοῦ θρόνου τοῦ σωματικώτερον νοουμένου αἱ πρὸς Δαβὶδ ἦσαν ἐπαγγελίαι· αἱ μὲν γὰρ περὶ τίνος αἰωνίου θρόνου, ἀπεικαζομένου ἡλίῳ καὶ οὐρανῷ, διαμένοντός τε εἰς αἰῶνα, προεθέσπιζον· ἡ δὲ γε τοῦ Δαβὶδ βασιλεία ἡ αἰσθητῆ, χρόνῳ λελυτο οὐκ εἰς μακρόν· εἰκότως τοιγαροῦν τοῦ θρόνου τῆς αἰσθητῆς βασιλείας Δαβὶδ τὴν καθάρσει ὑπογράφας, καὶ εἰπὼν, τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέρβηξας, περὶ τοῦ διὰ τῶν θείων χρησμῶν ἐπηγγεμένου αἰωνίου καὶ οὐρανοῦ θρόνου ἐξῆς τὴν εὐχὴν ποιεῖται· λέγων· « Ποῦ εἰσι· τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὄμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » μονοουχὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν μεθ' ὅρκου διαβεβαιώσεως ἐπηγγεμένων αὐτῷ τέλους τυχεῖν ἀξίων.

A in quo rex residet, eborē p̄tra lignisque cōtractum, auroque et regis lapidibus exornatum. Alio modo, quo imperium ipsum atque universi populi ducatum, thronum regni solem vocare. Tertius, præter prædictos, modus est, quo ille a Deo Davidi promissus thronus, dici potest thronus ejus, non in quo ipse sederit, sed quem per cœlestia ad eam vaticinia divinæ litteræ continent. Scriptum est enim in octogesimo octavo psalmo : « Juravi Davidi servo meo : Usque in sæculum præparabo semen tuum ; et thronum tuum ædificabo in generationem et generationem. » Et rursus : « Ponamque in sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli. » Et denuo : « Semel juravi in sancto meo, si Davidi mentiar ; semen ejus manet in æternum. Thronus ejus tanquam sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum ; et testis in cœlo fidelis. »

2. Igitur quia thronum, tanquam dies cœli et tanquam solem et lunam, in sæcula duraturum promiserat Davidi verbis prædictis Deus, propterea multa erat in universa Judæorum gente significati throni exspectatio. Cumque brevi tempore principatum gessisset David, et post hunc Salomon, et reges horum successores in Jechonia ac Babylonica captivitate cessavissent, ita ut post id tempus regis Davidis thronus subversus fuerit ; videbantur non sibi constare divinatorum oraculorum promissiones. Quamobrem eodem divino Spiritu rursus prædictus psalmus, præter ante dicta, sic loquitur : « Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti Davidi in veritate tua ? » Tum etiam regni ejus ac successionis excidium thronique eversionem aperte innuit in sequentibus : « Tu vero repulisti et despexisti, Domine ; distulisti Christum tuum ; evertisti testamentum servi tui ; profanasti in terra sanctuarium ejus ; » additque : « et thronum ejus in terram collisisti. »

3. Hæc omnia summatim colligit divinus Spiritus, propemodum docere nos volens, haud visibile regnum Davidi fuisse promissum neque thronum corporaliter intelligendum. Illæ quippe promissiones thronum quemdam æternum vaticinantur soli et lunæ cœloque similem, quique perpetuus maneat. Atqui Davidis visibile regnum brevi tempore deletum est. Quamobrem jure cum mox dixisset, thronum Davidici regni visibilis fuisse subversum, « thronum ejus in terram collisisti ; » tum vero throni ejus gratia, quem divina oracula æternum cœlestemque aiunt, preces addit : « Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti Davidi in veritate tua ? » quibus verbis petere videtur ut promissiones sacramento firmatæ exitum nanciscantur.

4. Hic uimirum thronus ille est, quem se datum Davidi Deus juravit, tanquam dies cœli et veluti solem in conspectu Dei, is est qui dicitur sicut luna perfecta in æternum, et quem gens universa firmari exoptabat. Atque hunc magnus angelus Gabriel Virgini significat datum ei iri qui ex ipsa nasceretur. Quare sic illam alloquitur : « Et vocabis nomen ejus Jesum : hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur : et dabit illi Dominus Deus sedem Davidis patris ejus. » Mox quem thronum intelligat pandit : « Et regnabit in domo Jacob in æternum ; et regni ejus non erit finis : » quæ Gabrielis dicta oraculis consonant. Olim quidem Davidi sedes æterni regni ac cœlestis promissa fuit; nunc angelus cum qui de Virgine gignendus erat occupaturum ait Davidis thronum; nuntiatum scilicet, neque tamen datum (21) : is autem cœlestis erat et sine fine mansurus. Erat igitur hic exitus maximi vaticinii Davidi editi omnique populo exspectati quodque Gabriel testatur in Servatore nostro Jesu Christo veridicum evasisse « regnabit in æternum, et regni ejus non erit finis. » Quare et ipse Servator ac Dominus noster cum rogaretur, num ipse esset rex Judæorum, respondit : « ~~Regnum meum non est de hoc mundo~~ ». Nihil enim mortale aut temporale conferebat ei regni sedes : sed ipse erat in universo hominum cœtu lucis instar splendens, veluti sol et sicut luna perfecta in æternum, intellectuales animas per suam divinam cœlestemque doctrinam illustrans.

5. Quod si ait : et super Jacob regnabit, cave putes Judæorum gentem per Jacobum significari. Profecto qui hæc narrat Lucas evangelista, quandoquidem post Servatoris nostri in cœlum assumptionem Gabrielis dicta scripturæ suæ commendavit, probe noverat Jesum Servatorem in Judæorum gente nequaquam regnavisse, nedum fore ut æternum imperium in eos exerceret; quorum etiam adversus hunc molimina atque exitialia facinora narrat : neque solum in Evangelio, verum etiam in Actibus apostolorum, hostiles Judæorum impetus contra Jesu discipulos scribit. Igitur cum existimaret voce reapse Gabrielis significari, fore ut Christus regnaret super eos; id vere dici haud judicavisset, nisi cunctos homines vocatione Servatoris nostri ex omnibus gentibus in adoptionem assumptos, per domum Jacobi demonstrari credidisset. Unde et divus Apostolus perspicue edoctus ait : « Non enim qui in manifesto, Judæus est : neque quæ in manifesto in carne est circumcisio ; sed qui in abscondito, Judæus est : et circumcisio cordis in spiritu, non littera : cujus laus non ex hominibus sed ex Deo est ».

⁶¹ Joan. xviii, 36. ⁶² Rom. ii, 25.

(21) Confer Eusebii commentarium in Lucam, cap 1, 32.

δ. Τοῦτον οὖν αὐτὸν ἐκεῖνον ἐν ὧμοισιν ὁ θεὸς δώσειν τῷ Δαβὶδ θρόνον, τὸν ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸν ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν ὡς σελήνην κατηρτισμένην εἰς τὸν αἰῶνα, παντὸς ἐπιστῆναι τοῦ ἔθνους εὐχομένου, ὁ μέγας ἄγγελος Γαβριὴλ τὴν Παρθένον εὐαγγελίζεται τῷ ἐξ αὐτῆς γεννησομένῳ δοθῆσεσθαι θεσπίζων· διό φησι πρὸς αὐτήν· « Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. » Ἐπιφέρει δ' εὖν ἐφεξῆς καὶ λέγει· « Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· » σύμφωνα τοῖς ἀπὸ τῶν χρησμῶν ἐρμηνεύων· ὁ μὲν γὰρ πρὸς τὸν Δαβὶδ περὶ θρόνον βασιλείας αἰωνίου καὶ οὐρανοῦ προύλεγεν, ὁ δὲ ὡσαύτως τὸν ἐκ τῆς Παρθένου γεννησόμενον λήψεσθαι φησι τὸν θρόνον Δαβὶδ, τουτέστι τὸν τῷ Δαβὶδ ἐπηγγελμένον μὲν, ὁ μὴν καὶ δεδομένον (21)· οὗτος δ' ἦν ὁ οὐράνιος καὶ εἰς αἰῶνα διαμένων· ἦν οὖν καὶ τοῦτο συμπέρασμα μεγίστης προφητείας τῷ Δαβὶδ κεχρησμένης, προσδοκωμένης τε τῷ παντὶ λαῷ, πεπληρωμένης δὲ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Γαβριὴλ μαρτυρίαν φησαντος· « Καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Διότι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν πρὸς τὸν ἐρόμενον αὐτὸν, εἰ αὐτὸς εἴη ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς, ἀπεκρίνατο· « Ἡ βασιλεία ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· οὐδὲν γὰρ θνητὸν οὐδὲ ἐπίκαιρον ἐπήγετο αὐτῷ ὁ τῆς βασιλείας θρόνος οἰκουμένης, φωτὸς δίκην, ἐκλάμπων ὡς ἡ σελήνη

ε'. Εἰ δὲ λέγοιτο ἐπὶ τὸν Ἰακώβ βασιλεύσειν, μὴ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος νόμιζε διὰ τοῦ Ἰακώβ δηλοῦσθαι. Ὁ γοῦν ταῦτα ἱστορῶν Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοῦ ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν τοῦ Γαβριὴλ φωνὴν οὐκ εἰς παραδοῦς γραφῆ, σαφῶς ἠπίστατο τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἐπὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τὸν Σωτῆρα βεβασιλευκότα, οὐδὲ εἰς τοὺς αἰῶνας αὐτὸν ἄρξαντα, ὧν γε καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευὴν, καὶ τὴν εἰς θάνατον ἐπιβουλήν ἀκριβῶς ἱστορεῖ· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων τὰς κατὰ τῶν τοῦ Ἰησοῦ μαθητῶν ἐπανεστάσεις αὐτῶν· οὐκ ἂν οὖν ἐπ' αὐτοὺς βασιλεύσειν τὸν Χριστὸν τὴν φωνὴν τοῦ Γαβριὴλ νομίσας εἰρηκέναι, ὡς ἀληθῆ αὐτὴν παρελάβανεν, εἰ μὴ πάντας τοὺς διὰ τῆς κλήσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐξ ἀπάντων τῶν ἐθνῶν εἰς τὴν τῶν ἁγίων υἰθεσίαν εἰσποιούμενος, οἶκον Ἰακώβ ἠγγαστο κατὰ διάνοιαν δηλοῦσθαι· ὅθεν καὶ ὁ θεὸς Ἀπόστολος ἐπιστάμενος σαφέστατα, παρίστη λέγων· « Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαίος ἔστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαίος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὐ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. »

ΙΓ΄.

Α

XVI.

Πῶς ἀπὸ τῆς Βηθλεὲμ ὁ μὲν Ματθαῖος εἰς Αἴγυπτον ἱστορεῖ, ὁ δὲ Λουκᾶς εἰς Ἱερουσαλήμ, κάκειθεν εἰς Ναζαρέθ πρὸς τῶν γονέων φέρεσθαι τὸν Ἰησοῦν.

α'. Λουκᾶς μὲν τὸν καιρὸν ἱστορῶν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως, τῆς Αὐγούστου βασιλείας μνημονεύει καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀπογραφῆς· φησὶ τε μὴ δὲ ἐσχηκέναι αὐτοῦς ἐν τῇ Βηθλεὲμ κατάλυμα, πλῆθους συνότος αὐς εἰκὸς ἐν τῇ Βηθλεὲμ τῶν ἀπὸ γένους Δαβὶδ τῆς ἀπογραφῆς ἕνεκεν· διὸ μὴ δὲ ὀκιοῦ τὸν Ἰωσήφ εὐπορεῖν· ὅθεν τεκοῦσάν φησι τὴν Μαρίαν σπαργανῶσαι τὸ βρέφος καὶ ἀποθέσθαι ἐν φάτνῃ, εἰς τὸ μὴ εἶναι αὐτοῖς τόπον ἐν τῷ καταλύματι· καὶ εἰκὸς γε ἦν πλείστον συνόντων διὰ τὴν ἀπογραφὴν μὴ εὐπορεῖν καταγωγίῳ, ἀλλὰ καί, « Ὅτε, φησὶν, αἱ ἡμέραι ἐπληθύνθησαν τοῦ περιτεμεῖν αὐτὸν (χρῆ δὲ τοῦτο γίνεσθαι ὀγδόῃ μετὰ τὴν ἀπόττειν ἡμέρᾳ), ἀνήγαγον τὸ παιδίον εἰς Ἱερουσόλυμα, καὶ τελέσαντες ἐπ' αὐτῷ τὰ νονομισμένα, ἀπίασιν εἰς Ναζαρέθ. » Τούτων παρὰ τῷ Λουκᾷ κειμένων οὐδενὸς μνημονεύσας ὁ Ματθαῖος, παραχωρήσας δὲ τῷ Λουκᾷ τὰ εἰρημένα, ἔτερα αὐτὸς διηγείται· τίνα δὲ ἦν ταῦτα, ἀλλ' ἢ (22) τῶν Μάγων ἀπὸ Ἀνατολῆς ἀφίξεις; κινήσαντων μὲν ἀπὸ τῆς οἰκείας γῆς ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸν Ἰησοῦν, ἀστέρος αὐτοῖς τὴν γινῶσιν τῆς γεννήσεως ὑποφάνωτος, οὐδέηπου δὲ τὴν τοσαύτην στελαιμένων πορείαν καιρῷ βραχεῖ· οὐ γάρ ἐν ἡμέραις ὀκτὼ τὴν ἀπὸ Ἀνατολῶν ὁδὸν εἰκὸς αὐτοῖς ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἡνῦσθαι, ὡς τὸν αὐτὸν νομίσαι εἶναι καιρὸν τῆς τε τούτων ἀφίξεως, καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως·

β'. Πόσος δὲ ἦν οὗτος ὁ μεταξὺ χρόνος, τοῦ τε φανέντος τοῖς Μάγοις ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως ἀστέρος, καὶ τῆς αὐτῶν εἰς τὰ Ἱερουσόλυμα παρουσίας, αὐτὸς σε διδάξει ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων· « Τότε Ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς Μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. » Καὶ ὡς ἂν ἀκριβῶσας παρ' αὐτῶν, μαθῶν ὅστις ἦν οὗτος, μετὰ τὸ ἀναχωρῆσαι λάθρα τοὺς Μάγους, ἰδὼν ὅτι ἐνεπαύθη ὑπ' αὐτῶν, « ἐθυμώθη

Qui fit ut Bethlehemo Matthæus quidem in Ægyptum, Lucas autem Hierosolyma atque inde Nazarethum a parentibus delatum narret Jesum?

1. Lucas dum tempus notat, quo Servator noster natus est, Augusti regnum memorat censumque sub eo descriptum. Ait autem caruisse eos Bethlehemi diversorio, ob posteriorum Davidis multitudinem Bethleheminum, ut verisimile est, concurrentem proflandorum nominum causa: quare ne hospitium quidem Josephus nactus est: ita ut Maria ab evangelista dicatur partum suum fasciis involvisse atque in præsepi reclinavisse, quia non erat eis locus in diversorio. Sane nihil mirum est si ob confluentes ad censum turbas hospitio caruerunt. Addit Lucas: « Postquam impleti sunt dies ut circumcideretur puer (id autem fieri oportebat octavo post partum die), tulerunt illum Hierosolyma: peractisque circa eundem legitimis, Nazarethum abierunt. » Horum apud Lucam scriptorum nihil memorat Matthæus, qui omnem id genus narrationem prædicto Lucæ permisit, alia ipse persecutus. Quænam porro? Nempe Magorum ex Oriente adventum digressorum a propria regione post Jesu nativitatem, sidere ipsis notitiam nati pueri significante, neque tamen brevi tempore tantum itineris absolventium. Haud enim credibile est intra dies octo ab Oriente Magos in Judæam usque venisse, ita ut circa idem tempus Servatorem nostrum natum esse putemus, quo isti supervenerunt. Quanquam autem interrogant: « Ubi est qui natus est rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus, et venimus adorare eum; » non tamen, ut aliquis suspicabitur, nuper natum designant, circa tempus nimirum quo ipsi interrogant; sed eum qui tum natus fuerat cum ipsis sedes apparuit.

2. Quantum vero temporis spatium inter sidus a Magis visum, Servatore nostro nascente, atque horum Hierosolyma adventum fluxerit, idem te docebit evangelista dum ait: « Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuerat eis. » Quod cum adamussim ab iis rescivisset, cumque Magi ab eo clam se subduxissent « videns se illud, iratus est valde: et mittens occidit omnes pueros, qui erant Bethlehem, atque in cunctis finibus ejus, a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisiverat a Magis. » Biennium ergo elapsum fuerat a Jesu nativitate ad Magorum adventum. Neque dissident sacri evangelistæ; etiamsi Lucas octavo a nativitate die ducat eum cum parentibus Hierosolyma legitimorum causa explendorum, atque inde transferat Nazarethum; Matthæus autem post biennium rursus Bethlehemi versantes scribat; atque hinc in Ægyptum secessisse propter regis insidias. Credibile vero est eos non secundo solum sed sæpe numero

(22) Ita codex pro ἀλλ' ἢ ἡ. Sic autem scribere solitum Eusebium, animadvertit Montfauconius præf.

ad commentarios Eusebii ejusdem in psalmos, cap. ult.

rediisse ad eundem locum, admirabilis illius eventus gratia. Indubitanter itaque demonstratum est non idem esse tempus, quo secundum Lucam natus est Servator noster, atque illud quo secundum Matthæum venerunt in conspectum Jesu Magi ab Oriente.

3. Quod autem non idem sit apud utrumque evangelistam tempus, alia quoque ratione colligitur. Lucas enim ait non invenisse eos hospitium Bethlehemi: ideoque et a matre reclinatum puerum in præsepi, quia non erat eis locus in diversorio; ut credibile est, census causa, confluentibus undique in dictam urbem gentilibus posterisque Davidis; ideoque ob advenerarum multitudinem copia hospitii nepata. Matthæus autem « Magi audito, inquit, Herode rege, Bethlehemum abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, donec veniens staret supra ubi erat puer cum Maria matre ejus. Et procidentibus adoraverunt eum. » Atqui non in præsepi ab his deprehenditur infans, ut a pastoribus, sed intra domum cum matre visitur. Porro Lucas dixerat non fuisse locum eis in diversorio. Quomodo igitur Matthæus domum illis attribuit? Sed quoniam Lucas tempus narrat natiuitatis, quo nimirum census peragebatur, cunctique Davidis posterii catervatim ad ejusdem urbem concurrebant; contra a Matthæo res post biennium gesse scribuntur (tantumdem enim tempus fuit quod Hierocles exquisiverat a Magis); tum demum vacua jam peregrinis urbe, copiam juxta Matthæum diversorii nacti sunt. Quare ingressi domum Magi invenerunt puerum cum Maria matre ejus; et procidentibus adoraverunt eum. Atque hæc quæstionis solutio est.

Hæc a me tibi, hominum sanctissime et solertissime filii Stephane, veri indicia amoris dicata sunt.

(23) Duos fuisse hos ad Stephanum libros dicit mox Eusebius; quantæ autem latitudinis, divinare non possumus: nam brevior anonymus ne illum quidem divisionem servavit. Item utrum quæstiones omnes, etsi contractas, retinuerit, an aliquas levioris fortasse momenti, quod vix credo, subtraxerit, æque obscurum est. Illud tamen pro certo habendum, partem utiliorem ac medullam propendium operis Eusebiani tum ad Stephanum tum etiam ad Marinum, in hac nos Epitome recuperavisse. Et sane mirari licet tot a laboriosissimo Eusebio scripta opera ad Christianæ religionis expositionem atque tutelam, nempe *Historiam eccl.*, *Præparationem*, *Demonstrationem*, *Theophaniam*, *Quæstiones evangelicas*, et *Contra Julianum*, *Hieroclem*, atque *Marcellum*, etc. Quin etiam deperditæ ejus generalis

A τευθέν τε εἰς Αἴγυπτον ἀπεληλυθέναι φησὶ διὰ τῆ τοῦ βασιλέως ἐπιβουλῆν· καὶ ἦν εἰκὸς οὐ μόνον δευτερον, ἀλλὰ καὶ πλειστακίς ἐπιφοιτῆν αὐτοὺς τῷ τόπῳ, μνήμης τοῦ παραδόξου χάριν· δεικνύται γοῦν ἀναμφιβόλως οὐχ ὁ αὐτὸς ὢν καιρὸς ἐν ᾧ γεγέννηται κατὰ τὸν Λουκᾶν ὁ Σωτῆρ ἡμῶν, ἐν ᾧ τε κατὰ τὸν Ματθαῖον ὑπήντησαν οἱ ἐξ Ἀνατολῶν Μάγοι.

γ. Ὅτι δὲ μὴ εἰς ἦν ὁ παρ' ἀμφοτέροις τῶν εὐαγγελιστῶν χρόνος, καὶ ἄλλως ἐστὶ συλλογισασθαι. Λουκᾶς φησὶ μὴ εὐπορησαὶ αὐτοὺς καταγωγίου ἐν τῇ Βηθλεέμ· διὸ καὶ τεκούσαν ἀνακλῖναι τὸ παιδίον ἐν φάτῃ, διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον ἐν τῷ καταλύματι, ὡς εἰκὸς, τῆς ἀπογραφῆς ἕνεκεν πάντων πανταχόθεν τῶν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ συντρεχόντων εἰς τὴν εἰρημένην πόλιν, διὰ τε τὸ πλῆθος τῶν ἐπιξενουμένων αὐτόθι καὶ εὐποροῦντων καταλύματος· ὁ δὲ Ματθαῖος· « Ἀκούσαντες, φησὶν, οἱ Μάγοι τοῦ βασιλέως Ἡρώδου, ἐπορεύθησαν εἰς Βηθλεέμ· καὶ ἰεοῦό ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ Ἀνατολῇ προήγεν αὐτοὺς, ἕως οὗ ἦν τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. » Ἄλλ' οὐχ ἐν φάτῃ κείμενον οὗτο καταλαμβάνουσι τὸ παιδίον ὁμοίως τῶν ποιμένων, ἀλλ' ἔδον ἐν οἰκίᾳ μετὰ τῆς μητρὸς αὐτὸ θεωροῦσι· καίτοι Λουκᾶς ἐφησε μὴ εἶναι τόπον αὐτοῖς ἐν τῷ καταλύματι· πῶς οὖν ὁ Ματθαῖος οἰκίαν αὐτοῖς ἀφορίζει; Ἄλλ' ἐπεὶ Λουκᾶς τὸν καιρὸν ἱστορεῖ τῆς γενέσεως, οὗτος δ' ἦν ὁ τῆς ἀπογραφῆς, καθ' ὃν πανδημὴ συνέτρεχον οἱ τῷ αὐτῷ γένει προσήκοντες ἐν τῇ τοῦ Δαβὶδ πόλει, ὁ δὲ Ματθαῖος τὰ μετὰ δύο ἐτῶν χρόνους ἱστορεῖ (τοσοῦτος γὰρ ἦν ὁ χρόνος ὃν Ἡρώδης παρὰ τῶν Μάγων ἐκρίβωσεν) ὥστε σχολῆς οὐσης ἐν τῇ Βηθλεέμ, κατὰ τὸν Ματθαῖον εὐπόρου καταγωγίου· διὸ εἰσελθόντες οἱ Μάγοι εἰς τὴν οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ αὕτη μὲν ἡ τοῦ ζητηθέντος λύσις.

Ταῦτά σοι ἐξ ἡμῶν, ἱερώτατε ἀνδρῶν καὶ φιλοπνώτατε υἱὲ Στέφανε, γνησίας ὄντα δεινῶτα διαθέσεως, ἀνακείσθω (25).

Isagoge fragmenta aliquot nos postea recitaturi sumus ex Anastasio Vaticano desumpta. Quos dum, inquam, labores demiramur, venit in mentem corrigendam videri interpretationem Auberti (cui nos quoque olim credidimus) in Juliani imp. fragmento apud S. Cyrillum lib. vii *Contra Jul.*, ed. Spanheimii p. 222, ubi verba Juliani ὁ μοχθηρὸς Εὐσέβιος D Latine vertuntur *nequam Eusebius*. Atqui eo loco Julianus in Eusebio non invehitur, sed ejus tantum sententiam circa Hebræorum doctrinam arctique memorat. Ergo retrahendus mihi accentus videtur, ut sit μόχθηρος, *laboriosus*, quod maxime epithetum Eusebio laboris Herculei viro congruit. Dicitur itaque in eo fragmento non *nequam*, sed *laboriosus Eusebius*.

EΚΛΟΓΗ ΕΝ ΣΥΝΤΟΜΩ
ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΜΑΡΙΝΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΙΣ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΥΣΕΩΝ (24).

EPITOME SELECTA
EX EJUSDEM EUSEBII AD MARINUM

QUÆSTIONUM EVANGELICARUM LIBRO.

Τῶν ἐν τοῖς θεοπνεύστοις Εὐαγγέλοις περὶ τὴν ἀρ-
χὴν ἀπορουμένων ζητημάτων καὶ λύσεων δύο πεπο-
νηκῶς ἤδη πρότερον συγγράμματα, πάρεμι νῦν, τὰ
μέσα παρελθόντων, ἔπειτα πρὸς τῷ τέλει τῶν αὐτῶν
πάντοτε τοῖς πᾶσι ζητούμενα· τάχα που τῆς τοῦ Θεοῦ
βουλῆς διὰ τῶν ὧν ἐπιταγμάτων ἐπὶ τοῦτο ἡμᾶς
καρρορησάσης, Μαρίνε υἱὲ τιμωτάτῃ μοι καὶ φιλο-
πονώτατῃ. Ἡρώτας δὲ τὸ πρῶτον·

A.

Πῶς παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ Σαββάτων φαί-
νεται ἐγγηγεμένος ὁ Σωτὴρ, παρὰ δὲ τῷ Μάρκῳ
πρῶτ' ἐπὶ τῆς μὲν τῶν Σαββάτων.

α'. Τοῦτου διττὴ ἂν εἴη ἡ λύσις· ὁ μὲν γὰρ τὸ κε-
φάλαιον αὐτὸ τὴν τοῦτο φάσκουσαν· περικοπήν ἀθε-
τῶν, εἰποι ἂν μὴ ἐν ἅπασιν αὐτὴν φέρεσθαι τοῖς ἀντι-
γράφοις τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου· τὰ γοῦν
ἀκριθεῖ τῶν ἀντιγράφων (25) τὸ τέλος περιγράφει τῆς
κατὰ τὸν Μάρκον ἱστορίας ἐν τοῖς λόγοις τοῦ ὀφθέν-
τος νεανίσκου ταῖς γυναίξιν καὶ εἰρηκότος αὐταῖς, « Μὴ
φοβεσθε, Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρεθόν· » καὶ τοῖς
ἐξῆς, οἷς ἐπιλέγει· « καὶ ἀκούσαται· Ἐφυγον, καὶ οὐ-
δενὶ οὐδὲν εἶπον, ἐφοβοῦντο γάρ. » Ἐν τούτῳ γὰρ
σχεδὸν ἐν ἅπασιν τοῖς ἀντιγράφοις (26) τοῦ κατὰ Μάρ-
κον Εὐαγγελίου περιγράφεται τὸ τέλος· τὰ δὲ ἐξῆς
σπανίως ἐν τισιν ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσι φερόμενα περιττὰ
ἂν εἴη, καὶ μάλιστα εἰπερ ἔχοιεν ἀντιλογίαν τῆς τῶν
λοιπῶν εὐαγγελιστῶν μαρτυρίᾳ· ταῦτα μὲν οὖν εἰποι
ἂν τις παραιτούμενος καὶ πάντῃ ἀναιρῶν περιττὸν
ἔρώτημα (27). Ἄλλος δὲ τις οὐδ' ὅτι οὐκ ἐπὶ τῶν ἀθε-

(24) Recole dicta a nobis in *Monito* (col. 877).
Legendus autem est divus Hieronymus epist. 59, et
præsertim 120, qui Eusebii ad Marinum quæstiones
prorsus expilat, quæque eclogarius noster detraxit,
apte compensat.

(25) Omitti hic nequit, quanquam ab aliis jam
citatum, Severi Antiocheni contrarium prorsus Eu-
sebio scholion, quod etiam in cod. Vat. 358, f. 170
b, legitur: Ἡμεῖς δὲ ἐξ ἀκριβοῦς ἀντιγράφων, ὡς ἐν
πλείστοις εὐρόντες αὐτὰ, κατὰ τὸ Παλαιστιναῖον
Εὐαγγέλιον Μάρκου, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια, συνθεσείκα-
μεν· καὶ τὴν ἐν αὐτῇ δεσποτικὴν ἀνάστασιν μετὰ τὸ,
« ἐφοβοῦντο γάρ. » Nos autem in accuratis exempla-

PATROL. GR. XXII.

Ambiguarum quæstionum ac solutionum, quæ
circa divinorum Evangeliorum initia occurrunt, cum
jam duos scripserim libros, venio nunc, mediis
prætermisissis, ad extrema quæ semper apud omnes
controversa fuerunt: divina fortasse voluntate per
mandata tua nos ad id excitante, Marine fili mihi
spectatissime ac solertissime. Rogas autem pri-
mum:

I.

Quomodo apud Matthæum videatur Servator sero
Sabbatorum resurrexisse, apud Marcum autem
mane unum Sabbatorum.

1. Quæstionis hujus duplex solutio est. Qui rei
caput ipsum, id est sectionem in qua id narratur,
delet, dicet eam non in cunctis haberi exem-
plaribus Evangelii secundum Marcum. Accurati
enim codices historiam secundum Marcum in ser-
mone juvenis concludunt mulieribus visi, dicentis-
que ipsis: « Nolite timere: Jesum quæritis Naza-
renum, » et cætera quæ ibidem subjicit: « quibus
illæ auditis fugerunt, neminique quidquam dixerunt
timore correptæ. » Hoc enim loco in cunctis prope
exemplaribus Evangelium Marci concluditur. Se-
quentia autem quæ raro in aliquot, non in omni-
bus, occurrunt, supervacanea videntur, præsertim
si repugnent cæterorum evangelistarum testimonio.
Hæc fortasse dicet aliquis, detrectans atque omnino
perimens superfluum quæstionem. Alius vero quis-
quam nihil omnino delere audens eorum quæ ut-

ribus plurimis partem hanc compertam, secundum
Palæstinum Marci Evangelium, prout veritas postu-
lat, apposuimus; et Domini resurrectionem post illa
verba, « timebant enim: »

(26) Contradicit omnino scholion Græcum: Ἐν
πολλοῖς δὲ καὶ ταῦτα φέρεται, ἀναστάς, κ. τ. λ. In
exemplaribus multis habentur etiam sequentia, « res-
urgens, » etc.

(27) Quæ hic adnotari queunt de codicum Gre-
corum et de veterum interpretum auctoritatibus,
ea partim exstant apud Millium atque Wetstenium,
quibus adde posteriores clari nominis criticos,
Marci editores, Griesbachium, Matthæium, Alte-

30

cunque Scripturæ evangelicæ commendata fuerunt, duplicem esse dicit lectionem, ut sæpenumero alias; et utramque esse recipendam; quoniam credentium ac religiosorum iudicium haud huic potius quam illi accedit.

2 Age vero si rem ita se habere conceditur, lectionis modus ac significatus enucleandus est. Si igitur dividemus Marci sententiam, profecto haud comperiemus contrariam iis quæ dicuntur apud Matthæum, nempe quod sero Sabbatorum Servator surrexerit. Nam Marci illud cum surrexerit mane una Sabbati cum distinctione legemus, ita ut post cum surrexisset autem ad Matthæi verba referamus sero Sabbatorum; tunc enim surrexerat. Sequentia vero, quæ aliam sententiam continent, copulabimus cum iis quæ adduntur: mane enim una Sabbati apparuit Mariæ Magdalenæ. Hoc declaravit etiam Joannes, mane et ipse una Sabbati apparuisse Jesum Magdalenæ testificans. Sic igitur et apud Marcum mane illi apparuit; non mane redivivus, sed multo prius, secundum Matthæum, sero scilicet Sabbatorum: quo cum tempore revixisset, Mariæ non tunc sed mane se conspiciendum obtulit. Quare his verbis duo repræsentantur tempora; unum resurrectionis, nempe sero Sabbati; alterum Servatoris apparentis, nempe mane, de quo postremo loquitur Marcus: qui locus cum distinctione legendus est, videlicet « cum surrexisset. » Hinc facta interpunctio, reliqua dicenda sunt « una Sabbati apparuit Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia. »

II.

Quomodo Magdalena, quæ secundum Matthæum sero Sabbatorum resurrectionem viderat, eadem secundum Joannem stans fiebat apud monumentum una Sabbati.

1. Nulla erit his in locis quæstio, si sero Sabbatorum haud intelligemus dici vespertinum tempus post Sabbati diem, ut quidam existimaverunt, sed serotinum concubiumque noctis tempus post Sab-

rum, Birchium, Scholzius, et Tischendorfium. Matthæius in primis et Scholzius proluxa animadversione Marci hoc incrementum ex auctoritate Græcæ Ecclesiæ novisque multis documentis invicte tumentur. Ac jam diu quidem catholici critici, post Tridentini concilii decretum, locum hunc egregie propugnaverant. Rei certe antiquitatem satis abunde confirmat vel unius Ulphilæ auctoritas, qui Marci caput integrum interpretatus est: quod Gothicum testimonium haud scio an critici satis agnoverint vel pro dignitate æstimaverint. Codex Vaticanus-Palatinus, ex quo Eusebium producimus, post octavum versum habet quidem vocem τέλος, ut alibi interdum observatum fuit, sed tamen ibidem eadem manu subscribitur incrementum cum progredientibus sectionum notis. Jam quod Eusebius in prædicto Vat. pal. codice (aliisque nonnullis, teste scholiasta apud Birchium) sectiones non ultra octavum versiculum in canone scripsit, is nunc demum videtur sententiam suam immutare, dum religionem eorum mox laudat, qui nihil ex evangelicis paginis delere audent. Profecto verbis Eusebii mirifice confirmatur illorum opinio, qui Marci clausulam idcirco desideratam aiunt in tot veterum

αὐτῶν τῶν ὁπωσοῦν ἐν τῇ τῶν Εὐαγγελίων γραφῇ φερομένων, διπλὴν εἶναι φησι τὴν ἀνάγνωσιν, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις πολλοῖς, ἑκατέραν τε παραδεκτέαν ὑπάρχειν, τῷ μὴ μᾶλλον αὐτὴν ἐκείνης, ἢ ἐκείνην αὐτῆς, παρὰ τοῖς πιστοῖς καὶ εὐλαβεῖσιν ἐγκρίνεσθαι (28).

β'. Καὶ δὴ τοῦδε τοῦ μέρους συγχωρουμένου εἶναι ἀληθοῦς, προσήκει τὸν νοῦν διερμηνεύειν τοῦ ἀναγνώσματος· εἰ γοῦν διέλοιμεν τὴν τοῦ λόγου διάνοιαν, οὐκ ἂν εὐροιμεν αὐτὴν ἐναντίαν τοῖς παρὰ τοῦ Ματθαίου ὅψε σαββάτων ἐγγεγέρθαι τὸν Σωτῆρα λελεγμένοι· τὸ γὰρ ἀναστὰς δὲ πρῶτ τῇ μιᾷ τοῦ Σαββάτου κατὰ τὸν Μάρκον, μετὰ διαστολῆς ἀναγνωσόμεθα· καὶ μετὰ τὸ ἀναστὰς δὲ, ὑποστίζομεν· καὶ τὴν διανοσίαν ἀφορροῦμεν τῶν ἐξῆς ἐπιλεγομένων· εἴτα τὸ μὲν ἀναστὰς ἂν, ἐπὶ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὅψε. B Σαββάτων· τότε γὰρ ἐγγεγέρτο· τὸ δὲ ἐξῆς ἑτέρα, ἢ διανοσίας ὑποστατικῶν, συνάψωμεν τοῖς ἐπιλεγομένοις· πρῶτ γὰρ τῇ μιᾷ τοῦ Σαββάτου ἐφάνη Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ· τοῦτο γοῦν ἐδήλωσεν καὶ ὁ Ἰωάννης πρῶτ καὶ αὐτὸς τῇ μιᾷ τοῦ Σαββάτου ὄφθαι αὐτὸν τῇ Μαγδαληνῇ μαρτυρήσας· οὕτως οὖν καὶ παρὰ τῷ Μάρκῳ πρῶτ ἐφάνη αὐτῇ· οὐ πρῶτ ἀναστὰς, ἀλλὰ πολὺ πρότερον κατὰ τὸν Ματθαῖον ὅψε τοῦ Σαββάτου· τότε γὰρ ἀναστὰς ἐφάνη τῇ Μαρίᾳ, οὐ τότε, ἀλλὰ πρῶτ· ὡς παρίστασθαι ἐν τούτοις καιροῖς δύο τὸν μὲν γὰρ τῆς ἀναστάσεως, τὸν ὅψε τοῦ Σαββάτου· τὸν δὲ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιφανείας, τὸν πρῶτ, ἐν ἔγραφεν ὁ Μάρκος εἰπόν (δ) καὶ μετὰ διαστολῆς ἀναγνωστέον) « ἀναστὰς δὲ »· εἴτα ὑποστίξαντες, τὸ ἐξῆς C ῥητέον, « πρῶτ τῇ μιᾷ τοῦ Σαββάτου ἐφάνη Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. »

B.

Πῶς κατὰ τὸν Ματθαῖον ὅψε Σαββάτων ἡ Μαγδαληνῇ θεθεαμένη τὴν ἀνάστασιν, κατὰ τὸν Ἰωάννην ἡ αὐτὴ ἐστῶσα κλαλεῖ παρὰ τῷ μνημείῳ τῇ μιᾷ τοῦ Σαββάτου (29).

α'. Οὐδὲν ἂν ζητηθεῖ κατὰ τοὺς τόπους, εἰ τὸ ὅψε Σαββάτων μὴ τὴν ἑσπερινὴν ὥραν τὴν μετὰ τῆ ἡμέραν τοῦ Σαββάτου λέγεσθαι ὑπολάβοιμεν, ὡς τινεῖς ὑπειλήφασιν, ἀλλὰ τὸ βραδὺ καὶ ὅψε τῆς νυκτὸς τῆς

exemplaribus, quia eam de industria multi deleverant ob apparentem ab aliis evangelistis discrepantiam. Porro et prior illa affirmatio Eusebii de codicibus accuratis, qui defectum hujus pericopæ præ se tulerint, commode infirmatur in Victoris catena apud Matthæium et Birchium et in cod. Vat. 358, p. 170, ubi imo accurata (ἀκριβῆ) exemplaria continere dicuntur universam hanc Marci clausulam.

D (28) Notabile Eusebii dictum de illis etiam sacra Scripturæ partibus retinendis, quæ aliquando controversæ fuerunt! Audiant hoc qui non solum minimas partes resuscitant, veluti cæleste testimonium ep. apud I Joan. v, 7, verum etiam majores, et quidem integros libros deutero-canonicos.

(29) Quæ in his quæstionibus posthinc dicuntur de temporibus discrepantibus, et de pluribus Mariis diversisque angelis, ea partim edita fuerunt a Combefisio in *Novo Patrum auctario*, et a Matthæio in *Anecdosis Moscuensibus*, quanquam non sine varietatibus. Quippe hæc Eusebii lucubratiunculæ passim occurrunt in codicibus, tum aliis tum Vaticanis, ita ut eas olim Latine quoque interpretatus fuerit Ambrosius Mediolanensis, monachus Casinas, teste Sixto in *Bibliotheca*.

μετὰ τὸ Σάββατον· οὕτως γὰρ καὶ ὅψε τῆς ὥρας εἰώθαμεν λέγειν, καὶ ὅψε τοῦ καιροῦ, καὶ ὅψε τῆς χρείας· οὐ τὴν ἐσπέραν δηλοῦντες, οὐδὲ τὸν μετὰ ἡλίου δυσμᾶς χρόνον, τὸ δὲ σφόδρα βράδιον τούτου σημαίνοντες τῷ τρόπῳ· ἔθεν ὡσπερ διερμηνεύων αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Ματθαῖος μετὰ τὸ ὅψε Σαββάτων, ἐπήγαγε τῇ ἐπιφωσκούσῃ φησί· δηλαδή ὥρα τῇ λοιπὸν ἦδη ὑποφαινούσῃ, καὶ ἐπιφωσκούσῃ εἰς τὴν Κυριακὴν ἡμέραν, ἥτις ἦν ὅψε καὶ πόρρω λοιπὸν ἐλαύνουσα τῶν Σαββάτων· λέλεκται δὲ ὅψε τοῦ Σαββάτου παρὰ τοῦ ἐρμηνεύσαντος τὴν Γραφὴν· ὁ μὲν γὰρ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος Ἑβραϊδι γλώττῃ παρέδωκε τὸ εὐαγγέλιον· ὁ δὲ ἐπὶ τὴν Ἑλλήνων φωνὴν μεταβαλὼν αὐτὸ, τὴν ἐπιφωσκούσαν ὥραν εἰς τὴν Κυριακὴν ἡμέραν, ὅψε Σαββάτων προσεῖπεν· ὥστε τὸν αὐτὸν σχεδὸν νοεῖσθαι καιρὸν, ἢ τὸν σφόδρα ἐγγὺς παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς διαφόροις ὀνόμασι τετηρημένον· μηδέντε διαφέρειν Ματθαίου εἰρηκότα· « Ὅψε δὲ Σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον, » Ἰωάννου φήσαντος· « τῇ δὲ μιᾷ τῶν Σαββάτων ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ πρῶτῃ εἰς τὸ μνημεῖον, ἔτι οὖσης σκοτίας. » Πλατυκῶς γὰρ ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν δηλοῦσι (30) χρόνον διαφόροις ῥήμασι· ὁ μὲν Ματθαῖος ὅψε, ἀντὶ τοῦ βράδιον· καὶ ὅψε τῆς νυκτὸς ὀνομάσας πρῶτῃ, ὁ διερμηνεύων ἐπήγαγε τὸ σκοτίας οὖσης, ἵνα μὴ τις τὸν ἄρθρον λέγειν αὐτὸν ὑπολάβοι· ὡς καὶ ὁ Ματθαῖος τῷ ὅψε Σαββάτων, ἵνα μὴ τὴν ἐσπερινὴν ὥραν νομισεῖ τις λέγεσθαι, προσέθηκε τὸ τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων. Ἐπεὶ καὶ ἀκριδῶς οὗτος Σαββάτου εἶπεν τὴν ὄψιν, μὴ τις τὴν ἐσπέραν ὑπολάβοι λέγεσθαι τὴν μετὰ ἡλίου δυσμᾶς, ἀλλὰ Σαββάτων φησὶν ὅψε.

β'. Ἔθος δὲ ὅλην τὴν ἑβδομάδα Σάββατον καλεῖν, καὶ πάσας τὰς ἡμέρας οὕτως ὀνομάζειν. Λέγεται γοῦν παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων· ἐν δὲ τῇ συνθηκῇ, δευτέρα Σαββάτων, καὶ τρίτη Σαββάτων, καὶ τετάρτη Σαββάτων· οὕτως οὖν ὁ Ματθαῖος τὸν καιρὸν τὸν ἐπιφωσκόντα εἰς τὴν ἑω τῆς Κυριακῆς ἡμέρας, Σαββάτων ὅψε ὀνόμασεν· οὐκ εἰπὼν ἐσπέραν τοῦ Σαββάτου, οὐδὲ ὅψε Σαββάτου· ἐπεὶ ἐχρῆν ἡμᾶς τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου μετὰ ἡλίου δυσμᾶς ἐσπέρας γινομένης ἀπονησιζέσθαι· καὶ οὐκέτι τὴν Κυριακὴν ἡμέραν ἀγαλλίαν, ἀλλὰ τὴν ἐσπέραν τοῦ Σαββάτου, εἶπερ τοῦτ' ἐδήλου ὁ εὐαγγελιστὴς. Ἄλλ' οὐχ ἐσπέρας τοῦ Σαββάτου εἰώθαμεν τὰς νηστείας καταλύειν, ἀλλ' ἢ νυκτὸς ἐπιλαβούσης, αὐτῷ μεσονυκτίῳ, καὶ ἢ περὶ ἀλεκτόρων βοᾶς, ἢ ἀμφὶ τὸν ἄρθρον· ὥστε καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, καὶ ἐκ τῆς κεκρατηκυίας ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ συνθηκῆς, τὴν διὰ τοῦ ὅψε Σαββάτων δηλούμενον καιρὸν, μὴ τὴν ἐσπερινὴν ὥραν εἶναι, ἀλλὰ ταύτην, ἣν Ματθαῖος αὐτὸς παρέστησεν εἰπὼν τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων. Οὐδὲ γὰρ λόγον εἶχε κατὰ τὴν ἐσπέραν τοῦ Σαββάτου τοιοῦτων θαυμάτων ἀμφὶ τὸ μνημεῖον τοῦ Σωτῆρος ἀποτελουμένων, μὴ οὐχὶ πάντας τοὺς τὴν πόλιν οἰκούντας μαθεῖν τὰ γι-

atum. Sic enim et sero horæ solemus dicere, et sero temporis, et serius quam rei usus postulavisset; neque idcirco vesperam significamus, neque tempus post solis occasum, sed quod magno pere serum sit. Quare se ipsum veluti Matthæus interpretans postquam dixit sero Sabbatorum, ait quæ illucescit, nempe hora quæ deinceps suberat atque illucescebat in diem Dominicum; quæ nempe jam sera erat et longius a Sabbato elapsa. Id vero tempus a Scripturæ evangelicæ interprete sero Sabbati appellatum est. Namque ipse Matthæus Hebræica lingua edidit Evangelium; ab eo autem qui in Græcam transtulit, illucescens hora in diem Dominicum, sero Sabbatorum appellata fuit: ita ut idem fere tempus intelligatur, aut valde proximum, apud evangelistas diversis nominibus designatum: nihilque differat Matthæus dicens: « Sero autem Sabbatorum, quæ lucescit in unam Sabbatorum, venit Maria Magdalena, et altera Maria videre sepulcrum, » a Joanne qui ait: « una autem Sabbatorum venit Maria Magdalena mane ad monumentum, cum adhuc tenebræ essent. » Late enim unum idemque significatur tempus variis nominibus. Matthæo sero Sabbatorum dicente pro tardius, et mane pro nocte serotina, interpres addidit cum adhuc tenebræ essent, ne quis auroram dici ab illo putaret. Sicuti etiam Matthæus verbis sero Sabbatorum, ne quis de vespertino tempore cogitaret, addidit quæ lucescit in unam Sabbatorum. Et quidem accurate is expressit seram horam, ne quis vesperam opinaretur esse post solis occasum horam; nempe ait sero Sabbatorum.

2. Consuetudo autem fuit ut universa hebdomada diceretur Sabbatum, imo ut dies singuli sic appellarentur. Dicitur ergo apud evangelistas una Sabbatorum. Et quidem in vulgari consuetudine secunda Sabbatorum, tertia Sabbatorum, quarta Sabbatorum. Sic ergo Matthæus tempus illucescens in diem Dominicum sero Sabbatorum vocitavit. Secus vero oporteret nos die Sabbati post solis occasum, vespere facto, jejuniū polluere: neque die Dominico jubulare, sed potius vespere Sabbati; si quidem ita intelligendus esset evangelista. Atqui non vespere Sabbati solemus jejunia polluere, sed nocte medium cursum jam tenente, aut circa gallicinium vel auroram: ita ut et facto ipso et inveterata in Dei Ecclesiis consuetudine, tempus significatum per verba sero Sabbatorum, haud vespertina hora sit, sed quam Matthæus exhibet dum ait: quæ illucescit in unam Sabbatorum. Neque enim commode accidissent vespere Sabbati talia prodigia circa Servatoris monumentum, ne scilicet passim urbis incolæ rem cognoscerent, fieretque concursus ad tumulum, vigilantibus omnibus. Consentaneum quippe erat, lapide prodigiose revoluto, statim convolare custodes, hora id concedente, ad ea quæ eve-

(30) Cod. δηλοῦν.

nerant renuntianda. Et quidem hi docentur die postero a sacerdotibus ut rumorem in vulgus serant, vonisse noctu discipulos Jesu ad furandum corpus dum ipsi somno iudulgerent; id quod ab eis fingi haud opus fuisset, si vespere Jesus resurrexisset. Itaque existimo ex his demonstrari, id quod ait Matthæus sero Sabbatorum, haud significare serotinam Sabbati horam neque tempus vespertinum; namque ipse Matthæus addit: *hora quæ lucescit in unam Sabbatorum*; mane videlicet dum adhuc tenebræ essent, secundum Joannem. Sic enim harmonia fiet evangelicarum vocum, veluti uno tempore ab ipsis significato, quod tamen in singulis mutatur scripturis, ita ut intra unam eandemque horam principium liceat cogitare, medium, et finem. B

3. Haud igitur a veritate aberraveris, si a Joanne initium resurrectionis Servatoris nostri dicas significari, apud quem Magdalena mane, dum adhuc tenebræ essent, semel atque iterum ad monumentum progressa, Servatoris corpore haud invento, flet: quia nemini adhuc resurrectio ejus explorata erat. Est autem ejus horæ pars altera tempus id de quo Matthæus loquitur; cum videlicet tertio veniens ad monumentum eadem Magdalena cum alia Maria, haud jam flet, quippe quæ, ut ait Joannes, jam angelos viderat ipsumque Servatorem. Nam quæ dicuntur a Luca et Marco alia nos docent, apud quos nimirum plures veniunt observaturæ mulieres. Porro autem Magdalenam temporibus haud magnopere inter se distantibus interfuisse puta, sed uno fere continuo tempore, dum semel et iterum circa eum locum versaretur; primum ipsa sola; secundo cum alia Maria. Sic eadem Maria Magdalena et apud Matthæum spectat, et apud Joannem. Neque idcirco excludenda est a cæterorum evangelistarum narrationibus: non enim recedebat a loco, sed aderat perstabatque attonita visis, cupiensque post primam, secunda etiam tertiaque apparitione frui: id quod reapse consecuta est, dum multimodis complures mulieres ad tumulum veniunt; atque aliis aliter angelica visio se offert; ipsa autem Magdalena singulis visionibus interest. Atque ita rerum apud quatuor evangelistas scripturarum spectatrix fuit Magdalena: quare et hujus apud omnes mentio sit. Sic etiam idem tempus erat, quod abs Joanne et a Matthæo perhibetur: sed tamen hujus temporis diversa intervalla apud singulos notantur.

4. Neque te conturbet id quod a Matthæo dicitur postquam duæ Mariæ ad visendum tumulum vene-

(31) Quæstio hæc hucusque partim inest etiam in codice Gr. Mediceo, teste Bandinio t. I, p. 159. Idem tamen frustra suspicatur, quæ ibidem apud eum sequuntur *λίαν θαυμάζω*, etc., esse ejusdem

νόμωνα, καὶ συνδρομὴ γέγονει ἐπὶ τὸ μνήμα, πάντων ἐγρηγορότων. Ἀκόλουθον δὲ ἦν ἀνατραπέυτος τοῦ λίθου παραβόως, παραχρῆμα σπεύσαι τοὺς φρουροὺς τὰ πραχθέντα δηλώσαι, τῆς ὥρας αὐτοῖς ἐπιτροπούσης. Οἱ δὲ καὶ διδάσκονται τῇ ὑστεραῖα ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων διαφημίσαι εἰς πάντας, ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἐκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμημένων· ὁ δὲ ἡώραν οὐκ εἶχεν πλάττεσθαι αὐτοὺς εἰ τῇ ἐσπέρᾳ ἐγήγερτο. Ἀλλὰ γὰρ ἡγοῦμαι διὰ τούτων ἀποδείκνυσθαι τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ λεγόμενον *ὅψα Σαββάτων*, μὴ τὴν ὀψινὴν ὥραν τοῦ Σαββάτου σημαίνειν, μηδὲ τὸν ἐσπερινὸν καιρὸν· ἀλλ' αὐτὸς Ματθαῖος ἐπήγαγεν τὴν ἐπιφώσκουσαν ὥραν εἰς *μίαν Σαββάτων*, ἥτις ἦν πρῶτῃ, ἔτι σκοτίας οὐσης κατὰ τὸν Ἰωάννην· οὕτω γὰρ ἡ συμφωνία συνδράμοι ἀν τῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν· ὡς καιροῦ μὲν ἐνδὸς δι' αὐτῶν σημαινομένου, ἀναλλαττόντων δὲ παρ' ἐκάστου τῶν τοῦ καιροῦ μορίων· ἐπεὶ καὶ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὥρας, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐστὶν ἐπινοῆσαι, καὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ τέλος.

γ'. Οὐκ ἂν γοῦν ἀμάρτοις τὰ μὲν πρῶτα τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν σημαίνεσθαι εἰπὼν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, παρ' ᾧ ἡ Μαγδαληνὴ πρῶτῃ, ἔτι οὐσης σκοτίας, καὶ πρῶτον καὶ δευτέρον ἐπιστάσα τῷ μνήματι, καὶ μὴ εὐρούσα τὸ σῶμα τοῦ Σωτῆρος, κλαίει διὰ τὸ μηδένα μήπω ἐγνωκέναι περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ· τῆς αὐτῆς δὲ ὥρας μέρος εἶναι δευτέρον τὸν παρὰ τῷ Ματθαίῳ χρόνον, καθ' ὃν τρίτον ἐπιστάσα ἡ αὐτὴ Μαγδαληνὴ ἅμα τῇ ἄλλῃ Μαρίᾳ τῷ μνήματι, οὐκίτι κλαίει, ὡς ἂν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ θεοαμμένη τοὺς ἀγγέλους καὶ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα· τὰ γὰρ περὶ τῷ Λουκᾷ καὶ τῷ Μάρκῳ ἐτέρον ἂν εἴη δηλωτικά, παρ' οἷς πλείους ἀπαντῶσιν γυναικες ἐπὶ τὴν θείαν· τὴν δὲ γε Μαγδαληνὴν μὴ μακρὰν ἀλλήλων διεστῶσιν ἀπηνηκέναι καιροῖς νόμιζε, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ παρατυχεῖν καὶ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δευτέρον τὸ μὲν πρῶτον, καθ' ἑαυτὴν μόνην· τὸ δὲ δευτέρον, μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας· οὕτω δ' οὖν ἡ αὐτὴ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ τὰ παρὰ τῷ Ματθαίῳ ἐθεᾶτο καὶ τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· οὐκ ἀπελιμπάνετο δὲ τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀναγεγραμμένων· οὐ γὰρ ἀπεστᾶται τοῦ τόπου παρὴνδὲ καὶ παρήμενεν καταπεπληγμένη μὲν τὰ θεοαμμένα, ποθοῦσα δὲ πρὸς τοῖς πρώτοις καὶ δευτέρον καὶ τριῶν θεοφανειῶν καταξωθῆναι· ὧν ἐτύγχανεν μετὰ ταῦτα διαφόρως μὲν πλείονων γυναικῶν ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀφικνουμένων, ἄλλοτε δ' ἄλλως αὐταῖς ἀγγελικῆς ἕψεως παραφαινομένης, αὐτῆς δὲ ἐφ' ἐκάστη θέτ παρατυχανούσης· οὕτω γοῦν τῶν παρὰ τοῖς τέσσαρσιν εὐαγγελισταῖς ἀναγεγραμμένων θεωρὸς ἐγίγνετο ἡ Μαγδαληνὴ· διὸ καὶ παρὰ τοῖς πᾶσιν ἐμνημονεύθη (31)· οὕτω δὲ καὶ ὁ μὲν καιρὸς ὁ αὐτὸς ἦν ὁ ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ Ματθαίου παριστάμενος· τοῦ δ' αὐτοῦ καιροῦ διάφορα διαστήματα παρ' ἐκάστῳ τετηρημένα.

δ'. Μὴ ταρᾶττότω δὲ σε τὸ λέγεσθαι παρὰ τῷ Ματθαίῳ μετὰ τὸ ἐλθεῖν τὰς δύο Μαρίας θεωρησαί τὸν

Eusebii; sunt enim Isidori Pelusiotæ, ut apparet ex codd. Vaticanis, imo ex Isidori editione, epist. lib. II, 212.

τάφον, « ὁ ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβάς ἐξ οὐρανοῦ ἀπεκύλισεν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας. » Οὐ γὰρ κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν προσήκει νοεῖν τὸν ἄγγελον ἀποκεκυλικέναι τὸν λίθον· πῶς γάρ; ὅποτε προὔπηρχεν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, παρ' ᾧ οὐχ ἡ Μαρία μόνη, ἀλλὰ καὶ δύο μαθηταὶ ἐληλύθασιν εἰς τὸ μνημεῖον· διόπερ εἴποις ἂν τὸν παρὰ τῷ Ματθαίῳ λόγον διγγηματικὸν εἶναι τῶν πρὸ τούτου γεγεννημένων· ἦλθον μὲν γὰρ κατὰ τοῦτον· ἵ δύο Μαρίαὶ θεωρῆσαι τὸν τάφον, εὐρον δὲ αὐτὸν ἀνεψυγμένον, ἐπειδήπερ πρὸ τούτου σεισμοῦ ἐγεγόνει μέγας, καὶ ὁ ἄγγελος ἀποκεκυλικεῖ τὸν λίθον, ὃς ἐπιστάς, αἰθίς· εὐαγγελίζεται τὰς γυναῖκας. Αὕτη μὲν οὖν μία λύσις (32) ἂν γένοιτο τῶν κατὰ τὸν τόπον ἀπορουμένων.

ε'. Λυθείη δ' ἂν καὶ ἄλλως τὰ προκειμένα, εἰ ἐτέρας μὲν τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ Μαρίας ὑπολάβοις εἶναι, ἐτέραν δὲ τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· τέσσαρας γοῦν τὰς πάσας Μαρίας παρούσας τῷ πάθει τοῦ Σωτῆρος μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν εὐρίσχομεν (33)· πρῶτον μὲν οὖν τὴν Θεοτόκον τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος μητέρα· δευτέραν δὲ τὴν ταύτης ἀδελφὴν Μαρίαν, τὴν τοῦ Κλωπᾶ· εἶτα τρίτην Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν· καὶ τετάρτην τὴν Ἰακώβου καὶ Ἰωσήφ μητέρα· καὶ τῶν μὲν πρώτων τριῶν Μαρῶν ἐμνημόνευσεν Ἰωάννης λέγων οὕτως· « Εἰσιτήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ. » Τῆς δὲ τετάρτης (34) Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰακώβου καὶ Ἰωσήφ, οἱ λοιποὶ τρεῖς ἐμνημόνευσαν εὐαγγελισταί, συμπαραλαβόντες τῇ Μαγδαληνῇ καὶ αὐτῇ· Ματθαῖος μὲν οὕτως εἶπεν· « Ἦσαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες πλλαὶ ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵτινες ἠκολούθησαν αὐτῷ· ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσήφ, αἱ ἐθεάσαντο τὸν τόπον ποῦ τίθεται. » Καὶ ὁ Λουκᾶς δὲ περὶ τῆς ἄλλης Μαρίας οὕτως ἱστορεῖ· « Ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ αὐταίς. »

ζ'. Τοῦτων οὖν τῶν τεσσάρων Μαρῶν, εἰ τὰς δύο τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὁψὲ Σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων ἐλθούσας ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ τὸν ἄγγελον θεασαμένας, ἐτέρας εἶναι ἐκλάβοις παρὰ τὴν πρῶτῃ μιᾷ τῶν Σαββάτων, εἰ σκοτίας οὖσης ἀφικομένην μόνην κατὰ τὸν Ἰωάννην, ἀγνοοῦσαν τὸ ἐπὶ

(32) Cod. τις pro λύσις.

(33) Quæstio hæc de Mariarum evangelicarum numero quanta fuerit apud veteres Patres novosque criticos, satis docet Calmetus copiosa sua super hæc re dissertatione; cui jam quidquam addere, haud scio an abutentis otio futurum sit.

(34) Scholion recenti manu additum. Οὐχί· ἀλλ' ἡ κατ' ἀλήθειαν τοῦ Κυρίου μήτηρ, αὕτη λέγεται καὶ μήτηρ Ἰακώβου καὶ Ἰωσήφ, τῶν νομιζομένων ἀδελφῶν τοῦ Κυρίου, υἱῶν δὲ ὄντων κατὰ φύσιν τοῦ Ἰωσήφ ἀπὸ τῆς προτέρας (α) αὐτοῦ γυναικὸς τῆς Σαλώμης· τέσσαρας γὰρ εἶχεν υἱοὺς ὁ Ἰωσήφ, Ἰακώβον καὶ Ἰωσήφ καὶ Σίμωνα καὶ Ἰούδα. Καὶ καθὼς ἐνομίζετο ἡ τοῦ Κυρίου μήτηρ γυνὴ τοῦ Ἰωσήφ, οὕτως ἐνομίζετο καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ μήτηρ. *Minime; sed ipsa vera Do-*

(α) Vox προτέρας expungitur in codice; quod tamen fit contra sancti Epiphaniī lectionem in *Ancorato*, cap. 60, nec non contra Hippolyti Thebani *Chronicon*. Cæterocti in alio nos volumine p. 481 inter sancti Cyrilli ad *Matthæum* fragmenta par fere scholion edidimus, prædicto Cyrillo inscriptum, ubi pro προτέρας legitur *βιωτική*.

A rant : « Angelus enim Domini cælo delapsus revolverat ab ostio lapidem; » quippe haud putandum est ab angelo eadem illa hora revolutum fuisse lapidem. Nam quomodo illud præcederet apud Joannem, quo narrante non Maria sola, sed et discipuli duo monumentum ingressi fuerant? Quamobrem merito dices, Matthæi oratione narrari ea quæ ante contigerant : ita ut ex hujus sententia duæ quidem Mariæ ad sepulcrum visendum venerint, verumtamen id patefactum deprehenderint ; quia scilicet acciderat terræ motus ingens, lapidemque angelus revolverat, qui rursus astans, rei notitia mulieres imvertitur. Atque hæc una erat e solutionibus ambiguitatum, quæ circa hunc locum agitari solent.

B 5. Licet autem et aliter propositam infringere difficultatem, si alias esse putaveris Marias, quæ apud Matthæum, aliam rursus quæ apud Joannem. Nam quatuor omnino Marias Servatoris passioni cum aliis feminis præsentibus comperimus. Primam ipsam Deiparam Servatoris matrem ; secundam hujus sororem Mariam Cleopæ ; tertiam Mariam Magdalenam ; quartam Jacobi et Josephi matrem. Priorum trium Mariarum meminit Joannes his verbis : « Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus Maria Cleopæ, et Maria Magdalena. » Quartæ vero Mariæ, matris Josephi et Jacobi, reliqui tres meminerunt evangelistæ, qui hanc Magdalenæ addunt. Matthæus quidem sic : « Erant autem ibi mulieres multæ procul spectantes, quæ secutæ eum fuerant a Galilea, ministrantes ei : inter quas erat Maria Magdalena, et Maria Jacobi ac Josephi ; quæ notaverunt locum in quo positus fuit. » Lucas vero de alia Maria sic loquitur : « Erant autem Maria Magdalena, et Joanna, et Maria Jacobi, et cæteræ quæ cum eis erant. »

Ἰωάννα καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν

6. Cum ergo sint quatuor Mariæ, si duas illas, quæ apud Matthæum, dum dies illucesceret in unam Sabbatorum, venerunt ad monumentum angelumque viderunt, diversas esse putaveris ab illa quæ mane una Sabbatorum, dum adhuc tenebræ essent, venit sola secundum Joannem, igno-

mini mater, eadem dicitur etiam mater Jacobi et Josis, qui fratres Domini existimabantur ; filii secundum naturam Josephi ex ejus priore uxore Salome. Quatuor enim suscepit Josephus liberos, Jacobum, Josem, Simonem, et Judam. Porro sicuti putabatur Domini mater uxor esse Josephi, ita et ejusdem filiorum habebatur mater. Sed enim de temere creditis Josephi ex priore conjugio liberis, legendus est Hieronymus *Contra Helv.*, cap. 14, ubi hæc apocryphorum deliramenta ridet, atque fratres Domini non filios Josephi, sed consobrinos Servatoris esse intelligendos. Idem cap. 19 ait prædictam plurium nuptiarum opinionem a plerisque non tam pia quam audaci temeritate fuisse constitam.

rans resurrectionem, ideoque flens, nihil tortuosum A tibi occurret, omni jam dubitatione ac quæstione remota. Igitur quod sero Sabbatorum, sicuti retro tradidimus, perpetrata fuerint ea quæ apud Matthæum scribuntur de interventu Mariarum duarum; quodque mane una Sabbatorum aliæ Mariæ ea quæ sunt apud Joannem spectaverint; omnia hæc, inquam, vera sunt, nullaque repugnantia est vel locorum vel temporum vel personarum vel denique narrationis.

7. Nam si forte Magdalenæ nomen, quod apud utrumque evangelistam adjicitur, sententiam conturbat; enimvero haud æquum est divinam permisceri Scripturam unius vocolæ nominis causa, id quod sæpe accidit errore librarii obtrudi. Aut enim duas has ex una urbe seu castello Magdalo advenisse putandum est; aut alterutri ex his temere fuisse adjectum Magdalenæ cognomen, semel librario qui antiquitus scripsit in errorem lapsus; quod deinceps mendum exscriptores reliqui retinuerunt. Id ipsum alias quoque accidisse paulo post demonstrabimus. Nempe cum in ejusmodi rebus a principio quidem dictatum recte fuerit, sed postea mendum obrepserit, neque tamen amanuenses scripturæ mutationem agnovissent, nonnullæ quæstiones exortæ sunt. Atque ita circa Magdalenæ cognomen, supervacue uni ex Mariis additum, contigisse dices: quo ablato, tollitur omnis quæstio, nemine jam in his locis dubitante. Ergo et sero Sabbatorum, id est profunda nocte, ea, quæ apud Matthæum narrantur, visa fuerunt a Magdalena atque ab alia Maria: et mane, dum adhuc tenebræ essent, venit alia Maria in eundem locum; quæ primo quidem anxia erat, haud invento Servatoris corpore; deinde et ipsa spectatrix ejusdem fuit. Laudabilis tamen fiet, si ne mendum quidem in his locis esse causabimur, duasque potius Magdalenas censebimus, sicuti jam quatuor demonstravimus fuisse Marias. Certe nulla absurditas vetat, quominus duas Marias ab eodem castello Magdalo venisse dicamus: prorsus et nulla jam perplexitas relinquatur, sed altera sit illa quæ sero Sabbatorum apud Matthæum, altera rursus et ipsa Magdalena quæ apud Joannem mane ad monumentum accedit: quam postremam credibile sit a Marco quoque memorari secundum aliquot exemplarium fidem; de qua nimirum septem fuerant dæmonia ejecta: atque hæc videtur cui dictum fuerit *Noli me tangere*, non illa quæ apud Matthæum: nam etsi forte et ipsa a Magdalo oriunda erat, haud tamen eandem pari macula aspergit divina Scriptura.

III.

Quomodo quæ secundum Matthæum sero Sabbatorum Magdalena cum altera Maria tetigit Servatoris pedes, eadem mane una Sabbati secundum Joannem audivit « Noli me tangere. »

1. Si quidem una eademque Maria esset apud

(55) Eusebius et Hieronymus *De loc. Hebr.*, Μαγδαλὰ φυλῆς Ἰουδα, *Magdala in tribu Juda.*

τὴν ἀνάστασιν, καὶ διὰ τοῦτο κλαίουσαν, οὐδὲν ἂν σχολῶν ἀπαντήσεται, πάσης ἀπορίας καὶ ζητήσεως ἐκποδῶν ἀρθείσης· καὶ ὅψε μὲν Σαββάτων, κατὰ τὰ ἀποδομένα, πεπραγμένων τῶν ἐπὶ τῷ Ματθαίῳ συγγεγραμμένων ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν δύο Μαρῶν, πρῶτας δὲ τῆ μιᾶ τῶν Σαββάτων ἑτέρας Μαρίας τὰς παρὰ τῷ Ἰωάννῃ θεθαμενάς, ἀληθεύεσθαι τε κάκεινα καὶ ταῦτα, μηδὲ ἀντιλογίαν περιέχειν τοὺς τόπους, μήτε κατὰ τοὺς χρόνους, μήτε κατὰ τὰ πρόσωπα, μήτε κατὰ τοὺς λόγους.

 ἃ πάντα τελευτῶν ὁ λόγος αὐτοῖς τὴν ἀποβολὴν αὐτῶν
 προμηνῶν φησὶν· « Ἔσονται γὰρ ὡς τερέβινθος
 ἀποδαδληκτα τὰ φύλλα, καὶ ὡς παράδεισος ὕδωρ μὴ
 ἔχων. Καὶ ἔσται ἡ ἰσχὺς αὐτῶν καλάμη στυπείου,
 καὶ αἱ ἐργασίαι αὐτῶν ὡς σπινθῆρες, καὶ κατακαύ-
 θήσονται οἱ ἄνομοι καὶ οἱ ἀμαρτωλοὶ ἅμα, καὶ οὐκ
 ἔσται ὁ σέβων. » Τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κατ' αὐτῶν
 προαποφαναμένη ἡ προφητεία, ἐξῆς ἐπιφέρει τὴν
 ἀρτιως ἡμῖν ἐκτεθεῖσαν περιχοπὴν, δι' ἣς εἰρηταί τὸ,
 « Ὅτι ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ
 ἄρτος Κυρίου. » Σαφῶς μετὰ τὴν ἐκείνων ὀλοσερῆ καὶ
 τελείαν ἀποβολὴν τε καὶ ἐρήμωσιν τὰς τῆς Καινῆς
 Διαθήκης ὑποφαίνουσα οἰκονομία, καθ' ἃς ἐμφανὲς
 τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι τὸ ἄρτος γέγονε τοῦ Κυρίου. Ποῖον
 δὲ ἄρτος, ἢ ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν, Θεὸς Λόγος;
 αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὃν προαποδει-
 καμεν, περὶ οὗ καὶ ἐν Ψαλμοῖς εἰρηταί, « Ὅρος τοῦ
 Θεοῦ, ἄρτος πῖον· » καὶ τὸ, « Ὅρος δ' εὐδόκησεν ὁ Θεός
 κατοικεῖν ἐν αὐτῷ. » Πρὸς τοῦτο δὲ τῷ βρει καὶ ὁ
 οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐμφανὲς γέγονεν· οἶκος δ' ἂν εἴη
 Θεοῦ ἢ Ἐκκλησία, ἢ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων ἀποστο-
 λικῶν τε καὶ προφητικῶν λόγων ἐπεσφριγμένη·
 τούτων δὲ ἐμφανῶν γενομένων ἐπ' αὐτὸ τοῦτο τὸ
 ἄρτος, δῆλον δ' ὅτι τὸν θεῖον Λόγον οὐ κεκτήμενος ὁ
 Ἰσραὴλ, οὐδ' ὁ πολλαχοῦ δηλούμενος οἶκος Ἰακώβ,
 ἀλλ' ἀπαξιαπλῶς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ δὴ σαφῶς πῶς D
 καὶ τίνα τρόπον, ἀποτελεσθέντων διὰ τῆς τοῦ Σω-
 τῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας τῶν προσηρημένων, ἐμφανῶν
 τε γενομένων τοῦ τε ἀποδομένου ἄρτος καὶ τοῦ
 δεδηλωμένου οἴκου, ἡμεῖς οἱ ἐξ ἔθνων διὰ τῆς εἰς
 Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ πίστεως προσεληλυθότες
 τῷ τῶν ὄλων Θεῷ, πάλαι μὲν ἀγνωοῦντες τὰ τηλι-
 καῦτα, νῦν δὲ διὰ τὴν θεῖαν χάριν ἐπιγινώσκοντες αὐτὰ,
 προσεληλυθάμεν Σιών βρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος,
 Ἱερουσαλήμ ἑπουρανίαν· καὶ ἄτε παιδευθέντες ὑπὸ τοῦ
 ἐξεληλυθότος ἢ καὶ καταβεβηκότος ἐκ τῆς ἑπουρανίου
 Ἱερουσαλήμ Λόγου Θεοῦ, ὡς· « Ὅτι ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ
 ἐλευθέρα ἐστίν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· » ἐπὶ τοῦτο

dit : « Neomeniam et Sabbatum, et festivitates
 vestras non feram, iniqui sunt cœtus vestri : so-
 lemnitates vestras odivit anima mea : facta sunt
 mihi molesta, laboravi sustinens. Et cum extende-
 ritis manus vestras, avertam oculos meos a vobis :
 et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam :
 manus enim vestræ sanguine plenz sunt ¹. » Ani-
 madverte quomodo Scriptura, his omnibus expro-
 batis, neque idololatriam hic, neque aliam eis ini-
 quitatem objicit, neque sanguinum multorum, sed
 unius cujusdam præcellentis, Christi scilicet, effu-
 sionem ob quem Scriptura expresse populum in-
 crepat dicens : « Manus vestræ sanguine plenz
 sunt ? » Quapropter continuo adjicit : « Quomodo
 facta est meretrix civitas fidelis, plena judicii ? Ju-
 stitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ ? » Ac
 postea rursus eorum reprobationem sermo pro-
 phetizans, his verbis desinit : « Erunt quasi quer-
 cus defluentibus foliis, et velut hortus absque
 aqua. Et erit fortitudo vestra, ut favilla stuppæ, et
 opus vestrum quasi scintilla : et succendetur utrum-
 que simul, et non erit qui exstinguat ². » Hæc et
 similia in eos prænuntians prophetia, continuo sub-
 jicit ea quæ jam prius retulimus, scilicet, « Et
 erit in novissimis diebus manifestus mons Do-
 mini ³. » Aperte post istorum plenam perfectam-
 que reprobationem et ruinam, Novi Testamenti in-
 stitutionem ostendit, qua manifestus omnibus gen-
 tibus mons factus est Domini. Qualis verò mons,
 nisi qui in principio apud Deum; Deus Verbum ⁴
 ipse enim Salvator et Dominus noster, quem prius
 ostendimus, de quo et in Psalmis dicitur, « Mons Dei;
 mons pinguis; » et, « Mons in quo beneplacitum est
 Deo habitare in eo ⁵. » Præter hunc montem et
 domus Domini manifesta facta est. Domus verò
 esset Dei Ecclesia, quæ in vertice montium aposto-
 licorum et prophetiæ verborum elevata est. Quibus
 vero manifestatis super hunc ipsum mon-
 tem, apertum est quod divinum verbum non con-
 secutus est Israel, neque multis locis designata
 domus Jacob, sed in universum omnes gentes.
 Constat enim quo modo quæve ratione expletis
 Salvatoris nostri manifestatione prænuntiatibus
 rebus manifestisque factis, mons et domus quæ modo
 interpretati sumus, nos e gentibus per fidem in
 Christum Dei Filium ad omnium Deum perducti,
 horum quidem quondam inscii, nunc vero per divi-
 nam gratiam periti, ad Sion montem et civitatem
 Dei viventis, Jerusalemque cœlestem pervenimus.
 Et velut edocti ab illo qui egressus est vel descen-
 dit de cœlesti Jerusalem, Verbo Deo, novimus quod
 « illa quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ
 est mater nostra ⁶. » Ad hanc cœlestem Dei do-
 mum, ad Sion, cœlestem montem Domini, nos in-
 vicem invitantes adhortantesque doctrinis et inci-
 tationibus, dicitamus : « Venite et ascendamus ad
 montem Domini, et ad domum Dei Jacob : et du-

¹ Isa. i, 8-15. ² ibid. 21. ³ ibid. 30. ⁴ Isa. ii, 1. ⁵ Psal. lxxvii, 15, 16. ⁶ Gal. iv, 26.

cebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus¹. » Quibus vero expletis, et Dei gratia nobis omnibus manifestatis, alia quoque prophetia exitum habuit, qua ipsum salutare Verbum manifestius illa quæ nunc nobis elucidanda est prophetia, testatur dicens : « Manifestus factus sum iis qui ante non interrogabant ; invenerunt qui non quæsierunt me ; dixi : Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non invocabat nomen meum². » Si quis nostræ non consentiat interpretationi, quem alium de hoc monte vel domo Dei sensum exhibere possit nescio, de quibus prophetia, nondum nunc corporaliter manifestatis, quæ prius relata sunt indicat. Possunt hæc quoque aliter secundam Christi manifestationem significare, tunc potius quam nunc perfectum oraculis exitum habituris. Scire quoque operæ pretium est hæc fere ad litteram in Michææ prophetia inveniri.

δευτέραν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν (f. 45 v) ἀρμόττεσθαι, ὡς τότε μᾶλλον ἢ νῦν πληρωθησομένων τελείως τῶν προπεφητευμένων. Ἰστέον δὲ, ὡς τὰ αὐτὰ κατὰ λέξιν σχεδὸν ἐμφέρεται καὶ ἐν τῇ τοῦ Μιχαίου προφητεία.

CAPUT II.

Ex eodem.

« Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem et a Juda validum et fortem, omne robur panis et omne robur aquæ : fortem, et virum bellatorem, judicem, et prophetam, et hariolum, et senem : principem super quinquaginta, et honorabilem vultu, et consiliarium, et sapientem de architectis, et prudentem eloquii mystici. Et dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis³ ; » et reliqua, quibus addit Deus : « Nolite constituere me principem populi. Ruit enim Jerusalem, et Juda concidit : quia lingua eorum et adinventiones eorum contra Dominum, ut provocaret oculos majestatis ejus. Agnitio vultus eorum respondit eis : et peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt : væ animæ eorum, quoniam malum meditati sunt consilium in seipsa dicentes : Vinciemus justum quoniam inutilis est ; quoniam fructum adinventionum suarum comedent⁴. » Liber qui Solomonis Sapientia dicitur, fere eadem de justo eloquitur : « Circumveniamus ergo justum, quoniam inutilis est nobis et contrarius est verbis nostris⁵. » Hujus loci verba evidenter de Christo dicta esse videntur ; illic vero de insidiantibus ei, atque in primis adversus eos qui malum meditati sunt consilium prophetizatur. Ideoque imprecationem in eos Scriptura subjicit : « Væ animæ eorum ; » sed et pœnam quæ eos manet addit, dicens : « Fructum adinventionum suarum comedent. » Quæ enim seminaverunt in Christum, hæc et metent in Dei judicio. Jam quidem in hac vita vide annon in eos impletus est post suas adversus Christum insidias hujus prophetiæ sermo dicens : « Ecce dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem et a Juda validum et fortem. » Vere enim ablata est ab iis, quæ prius

τὸν ἐπουράνιον οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ Σιών, καὶ αὐτὸ ἐπουράνιον ἕδος Κυρίου, διεγείροντες ἀλλήλους καὶ κατασπεύδοντες διὰ τῆς διδασκαλίας καὶ προτροπῆς φαμεν : « Δεῦτε, καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ἕδος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. » Τοῦτων δ' ἀποτελεσθέντων, καὶ Θεοῦ χάριτι πᾶσιν ἡμῖν ἐμφανῶν γενομένων, καὶ ἄλλη τις προφητεία πέρας εἰληφε, δι' ἧς αὐτὸς ὁ σωτήριος Λόγος σαφέστερον ἐπιμαρτυρεῖ τῇ μετὰ χειρᾶς περικοπῇ τῆς τοῦ Ἰσαίου προφητείας, λέγων : « Ἐμφανῆς ἐγενήθη τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτώσιν· εὐρέθη τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν· εἶπα, Ἰδοὺ ἐγὼ εἰμι ἔθνη, οἳ οὐκ ἐπακάλεσαν τὸ ὄνομά μου. » Εἰ δὲ μὴ οὕτως ἐκλάβοι τις τὰ κατὰ τοὺς τόπους, ποῖον ἂν ἕδος ἢ ποῖον Θεοῦ οἶκον ἄλλως ἔχοι ἂν ἐπιδειξάι, περὶ ὧν ἡ προφητεία, ὡς μὴ τότε ὄντων σωματικῶς ἐμφανῶν, τὰ προεκτεθέντα σημαίνει. Δύναται δὲ ταῦτα καὶ ἄλλως εἰς τὴν σχεδὸν ἐμφέρεται καὶ ἐν τῇ τοῦ Μιχαίου προφητεία.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β΄.

Τοῦ αὐτοῦ.

« Ἰδοὺ δὲ, ὁ δεσπότης Σαβαὼθ ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, ἰσχὴν ἄρτου καὶ ἰσχὴν ὕδατος, γίγαντα καὶ ἰσχύοντα, καὶ ἀνθρωπον πολεμιστὴν, καὶ δικαστὴν, καὶ προφήτην, καὶ στοχαστὴν, καὶ πρεσβύτερον, καὶ πεντηκόνταρχον, καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατὴν. Καὶ ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαίξεται κυριεύσουσιν αὐτῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ἐπιλέγει Θεός : « Οὐκ ἔσομαι ἀρχηγός τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι ἀνεῖται Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἡ Ἰουδαία συμπέπτωκε, καὶ αἱ γλώσσαι αὐτῶν μετὰ ἀνομίας, τὰ πρὸς Κύριον ἀπειθοῦντες. Διότι νῦν ἐταπεινώθη ἡ δόξα αὐτῶν, καὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου αὐτῶν ἀντίστη αὐτοῖς· τὴν δὲ ἀμαρτίαν αὐτῶν ὡς Σοδόμων ἀνήγγειλαν καὶ ἐνεφάνισαν· οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, διότι βεβούλευται βουλήν πονηράν, καθ' ἑαυτῶν εἰπόντες· ἤσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστὶ· τοῖνον τὰ γενήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. » Καὶ ἡ λεγομένη Σολομώντος Σοφία τὰ παραπλήσια τοῖς ἐνθάδε περὶ τοῦ δικαίου λελεγμένοις οὕτως ἔχει : « Ἐνεδρεύσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστὶ, καὶ ἐναντιῶται τοῖς λόγοις ἡμῶν. » Ταῦτα δὲ ἐν ἐκείνοις σαφῶς ἐκ τῆς συμφράσεως ἐμφαίνεται περὶ τοῦ Χριστοῦ εἰρημένα· καὶ τὰ ἐνθάδε τοιγαροῦν περὶ τῶν ἐπιβουλεύσαντων αὐτῷ καὶ καθ' ἑαυτῶν μᾶλλον ἤπερ κατ' αὐτοῦ πονηράν βουλήν βουλευσαμένων προφητεύεται· δι' ὃ καὶ καταλλήλως τὸν ταλανισμὸν ἑαυτοῖς ὁ λόγος ἐπάγει διὰ τοῦ, « Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν· » ἀλλὰ καὶ τὴν κόλασιν τὴν περιμένουσαν αὐτοὺς προτίθησι λέγων : « Τοῖνον τὰ γενήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται ; ὅποια γὰρ ἐσπειραν κατὰ τοῦ Χριστοῦ, τοιαῦτα καὶ θεριοῦσιν ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ κρητήριῳ. Ἦδη δὲ καὶ κατὰ τὸν ἐνταῦθα βίον ὄρα εἰ μὴ μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἐπιβουλήν ἐπληρώθη εἰς αὐτοὺς ὁ προ-

¹ Isa. II, 3. ² Isa. LXV, 4. ³ Isa. III, 4. ⁴ Isa. I, 110. ⁵ Sap. II, 12.

κείμενος τῆς προφητείας λόγος, ὁ φάσκων· « Ἰδοὺ ἡ δὲ δεσπότης Κύριος Σαβαώθ ἀφελεί ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσιν. » Ἀληθῶς γὰρ ἀφήρηται ἀπ' αὐτῶν ἡ πάλαϊ πρότερον ἐμπολιτευομένη ἐν αὐτοῖς θεία καὶ οὐράνιος χάρις, καὶ οὐκέτι ἔστιν εὐρεῖν ἐν αὐτοῖς οὔτε προφήτην οὔτε στοχαστήν· πού δὲ καὶ ὁ πολεμιστὴς αὐτῶν ἢ ὁ δικαστὴς, ὁ θαυμαστὸς σύμβουλος, ἢ ὁ συνετὸς ἀκροατὴς; Εἰ δὲ καὶ δοκοῦσιν ἄρτου τοῦ πνευματικοῦ μετέχειν ἐν τῷ τοῖς ἱεροῖς ἐντυγχάνειν τοῦ Θεοῦ λόγοις, ἀλλ' ὅρα εἰ μὴ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἰσχύς ἡ ἐν τοῖς θεοῖς Γράμμασιν ἐναποκειμένη ἐξ αὐτῶν ἀφήρηται· σαφῶς δ' ἐπὶ τούτοις καὶ ἡ Ἱερουσαλὴμ ἀνεῖται, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ πάντα εἰς αὐτοὺς πεπληρωται διὰ μίαν ἐκείνην τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἀμαρτίαν· « Οὐαί γὰρ, » φησὶν ὁ λόγος, « τῇ ψυχῇ αὐτῶν. » καὶ τοῦ ταλανισμοῦ τὴν αἰτίαν προστίθησι (f. 46) λέγων· « Διότι βεβούλευνται βουλήν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· Ἀἴσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχητος ἡμῖν ἔστιν. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

« Λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ταρασσουσιν. Ἄλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν Κύριος, καὶ στήσῃ τὸν λαὸν αὐτοῦ. Αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἤξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ. » Οὐκ ἔοικε ἐπὶ τὸν τῶν ὄλων Θεὸν ἀναφέρεισθαι τὸ, « Νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν Κύριος. » καὶ μάλιστα τὸ, « Αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἤξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ. » ἀρμόζοι δ' ἂν περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου, Κυρίου καὶ αὐτοῦ ἡρηματιζόντος, ταῦτα προφητεῦσθαι· καὶ γὰρ οὐν αὐτὸς ὁ κηρυχθεὶς πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Θεοῦ Λόγος εἰς κρίσιν μετὰ πάντων καταστήσεται, μηδ' ἐν τῶν ἀσεδῶν χώραν διδοὺς ἀπολογίας, ἅτε εἰς τὰς ἀπάντων ἀκοῆς διαδραμούσης αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας· ἤξει δ' εἰς κρίσιν Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων μάλιστα τοῦ λαοῦ καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, οἷα δὲ αὐτῶν ἐπισυναχθέντων κατ' αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπιβουλήν αὐτῷ συσκευασαμένων· οἱ καὶ μακαρίζοντες τὸν ἀρχόμενον ὑπ' αὐτῶν λαὸν, ἐπλάγων αὐτὸν, λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τοὺς καλοὺς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λόγους πονηροὺς ὑπάρχειν ἀποκαινόμενοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

« Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχάζ, λέγων· Αἰτήσαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου Θεοῦ σου εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἀχάζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ μὴ πειράσω Κύριον. Καὶ εἶπεν· Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαυὶδ· Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ, ἡ πρῆβενος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· βούτυρον καὶ μέλι φάγεται, πρὶν ἢ γυνῆναι αὐτὸν ἢ προελεσθαι πονηρὰ, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν· διότι, πρὶν ἢ γυνῆναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρῶς, ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. » Οἱ μὴ παραδεχόμενοι τῶν ἐκ περιτομῆς τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν λεγέτωσαν τίς ἢ παρθένος, ἢ κατὰ τὴν προφητείαν ἐν

habitabat in eis, divina cœlestisque gratia, nec jam apud eos reperire est prophetam ullum aut hariolum. Ubi enim vir bellator eorum, iudex, mirabilis consiliarius, et prudens eloquii mystici? Quod si videntur panis spiritualis esse participes, cum sacra possideant Dei verba, vide annon virtus et robur, in divinis Scripturis inclusa, ab iis ablata sint. Manifeste enim eis ruit Jerusalem, cœteraque omnia adversus eos impleta sunt per unum eorum adversus Christum scelus. « Væ enim, » ait Scriptura, « animæ eorum. » Atque imprecationis causam affert, dicens : « Quoniam malum meditati sunt consilium in seipsos, dicentes : Vincemus justum, quoniam inutilis nobis. »

B

CAPUT III.

« Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant. Stat ad iudicandum Dominus, et stat ad iudicandum populum suum. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi, et principibus ejus. » Non videntur de omnium Deo hæc referri, « Nunc stat ad iudicandum Dominus, » et præsertim, « Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi, et principibus ejus. » Melius ad Dei Verbum, ipsumque Dominum vocatum, hæc spectat prophetia. Etenim ipse annuntiat omnibus quæ sub cœlis sunt iudex omnium Dei Verbum constituetur, neque ulli impiorum excusationis locum dabit, quippe cum ad uniuscujusque auditum pervenerit ejus doctrina. Veniet ad iudicium Jesus Christus cum senibus præsertim populi et cum principibus ejus, quoniam illi adversus eum congregati sunt, eique insidias struxerunt. Qui et beatum dicentes populum cui præerant, eum decipiebant, malum pro bono dicentes, optimosque Salvatoris nostri sermones quasi pessimos criminati.

CAPUT IV.

« Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz : Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit : Audite ergo, domus David : Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum, non est obediens malitiæ, ut seligat bonum. » Non accipientes qui ex circumcissione sunt, Salvatoris nostri Jesu Christi adventum, dicant quænam sit hæc virgo, quæ juxta proph-

¹ Isa. III, 12-14. ² Isa. VII, 10-16.

tiam in utero accipiet et pariet filium, cuius nomen erit Emmanuel. Quod si dixerint non virginem, sed puellam apud Scripturam Hebraica voce nominatam esse, respondendum quod primi qui divinum Scripturæ sensum ita sunt interpretati, non quilibet erant, septuaginta scilicet e populo præstantiores delecti, et maxima pro illis temporibus sapientia probati. Quodnam enim mirum Sermo pollicebatur signum ab ipso Domino, quasi prodigium aliquid, domo David datum iri prænantians, si tantummodo simplex puella designaretur. Nihil vero prohibet, etsi puellam juxta eos Hebraicum significet, quin prophetia virginem indicari existimemus. Cæterum in Levitico quoque invenies virginem viro desponsatam, et quæ vim ab alio tulit, puellam quoque Scriptura appellari. Et hic quidem decorum esset domo David propter eorum incredulitatem a Domino dari signum, virginem inusitate parturire, cuius nasciturus puer admirabilis fore prædicaretur. Si quidem a pueritia, et ut ita dicam, ab ipsa natiuitate malitiæ non obtemperaturus, bonumque electurus prophetizatur. Et nomen ejus mirum in modum prænuntiatur Emmanuel fore, scilicet *nobiscum Deus*. Quod et diceremus nos ipsi, qui eum agnoscimus et confitemur ejus divinam et mysticam apud omnes homines ipsius potentia incarnationem. Dicatur iterum Emmanuel, *nobiscum Deus*, eo quod Pater quidem, Deusque omnium supra non tantum mortalem, sed et omnem spiritualem naturam sit; Filius vero non immerito *nobiscum Deus* nominatur, cum apud nos commoratus sit. Quod si Judæi hæc Achaz prænuntiata ad Ezechiam, ejus filium regni que successorem, referant, animadvertendum hæc ipso jam tum patre Achaz regnante prædicta; Ezechiam vero antequam regnum acceperit Achaz, genitum esse constat. Sexdecim annos regnaverat Achaz, cum ei successit Ezechias, qui tum ætatis quintum et vicesimum annum agebat; ita ut novem annis antequam pater in solium ascenderet, natus sit. Sed jam regnanti hæc prædicta sunt Achaz de mirifica atque insolita Christi natiuitate. Singulorum vero hujus prophetiæ verborum sensum, qualis sit, noverit qui in hos locos mirabilis viri exegeticis studiose attenderit.

γάρ ἦδη βασιλεύοντι τὰ προκαίμενα τῷ Ἀχάζ προφητεύεται περὶ τῆς δεδηλωμένης τοῦ Χριστοῦ παραδόξου καὶ θαυμασιωτάτης γενέσεως. τὰ δὲ κατὰ τὴν λέξιν ἕκαστα ὁποῖον ἔχει νοῦν, τοῖς εἰς τοὺς τόπους τοῦ θαυμάσιου ἀνδρὸς ἐξηγητικαῖς ἐντύχων ὁ φιλομαθὴς εἴσεται.

CAPUT V.

Et dixit Dominus ad me: Accipe tibi ipsi librum novum grandem, et scribe in eo stylo hominis, ut celeriter directionem facias spoliorem. Adest enim, et testes mihi facito fideles homines, Urijam sacerdotem, et Zachariam filium Barachiz. Et accessi ad prophetissam, et in utero accepit, et peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus, Accelera spolia detrahare, cito prædare, quia antequam sciat puer vocare patrem

¹ Deut. xxi, 27.

Α γαστρὶ ληφόμενη καὶ τέξουσα τὸν ἐπονομαζόμενον Ἐμμανουὴλ υἱὸν· ἀλλ' εἰ φάσκουσιν μὴ γεγράφθαι παρθένον, ἀλλὰ νεάνιν κατὰ τὸ Ἑβραϊκόν, λεκτέον, ὡς οὐχ οἱ τυγχόντες ἐτύχωναν οἱ πρῶτοι τὴν Γραφὴν κατὰ θεῖαν ἔρμηνεύσαντες οἰκονομίαν, ἐβδομήκοντα μὲν ὄντες τὸ πλῆθος, ἀναλελεγμένοι ἀριστίνδην ἀπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ, δοκιμὴν τε οὐ σμικρὰν κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους ἐπὶ σοφίᾳ δεδωκότες· τί δ' ἂν παράδοξον ὁ Λόγος ὑπισχεῖτο σημεῖον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ὡς περὶ τὸ θαυμαστὸν τῶν οἰκῶ Δαυὶδ δοθήσεσθαι προμαρτυρούμενος, εἰ περὶ ψιλῆς νεάνιδος ὁ λόγος ἦν οὐδὲν δὲ ἡμᾶς κωλύει, εἰ καὶ νεάνιδα[v] κατ' αὐτοὺς περιέχει τὸ Ἑβραϊκόν, ὡς περὶ παρθένου δηλοῦσθαι νομίζειν τὰ εἰρημένα· καὶ γὰρ οὖν ἐν τῷ Λευιτικῷ εἰρηροῖς ἂν τὴν ὁμολογουμένως παρθένον μεμνησθευμένην ἀνδρὶ, ὑφ' ἐτέρου (f. 46 v°) δὲ βεβιασμένην, νεάνιν ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὀνομαζομένην· καὶ ταύτη γὰρ ἀξιοπρεπὲς ἂν εἴη τῷ οἴκῳ Δαυὶδ διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν παρὰ Κυρίου δίδοσθαι σημεῖον, τὸ παραδόξως παρθένον ἀποτεκεῖν, δι' ὃ δὴ καὶ ὁ τεχθισόμενος θαυμαστός τις ἂν ἀνηγόρευται· εἰ γὰρ ἐκ παιδός, καὶ ὡς εἰπεῖν, ἐξ ἀτῆς γενέσεως, ἀπειθήσειν μὲν πονηρίᾳ, ἐκλέξασθαι δὲ τὸ ἀγαθὸν προφητεύεται. Καὶ τὸ νομα δὲ αὐτοῦ θαυμαστῶς προαναπεφώνηται Ἐμμανουὴλ τυγχάνον· ὁ ἔστι, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Ὁ καὶ ψήσαιμεν ἂν ἡμεῖς οἱ ὁμολογοῦντες αὐτὸν, καὶ συναισθόμενοι τῆς ἐνθέου καὶ ἀπορρήτου εἰς πάντας ἀνθρώπους διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐπιδημίας· λέγοιτο δ' ἂν πάλιν Ἐμμανουὴλ, ὁ μεθ' ἡμῶν Θεός, τῷ τὸν μὲν Πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ὄλων ἐπέκεινα οὐ μόνον τῆς θνητῆς, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς λογικῆς φύσεως τυγχάνειν τὸν δὲ Υἱὸν, τὸν μεθ' ἡμῶν Θεὸν εἰκότως ὀνομάζεσθαι τῆς μέχρις ἡμῶν ἐπιδημίας αὐτοῦ ἕνεκεν. Ἐπεὶ δὲ τινος τῶν ἐκ περιτομῆς εἰρηκότος ἀκούσας μὲνηται ταῦτα τῷ Ἀχάζ προφητεύεσθαι περὶ Ἐζεκιῶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γενομένου καὶ μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος, ἐπιτηρητέον, ὅτι πρὸ τοῦ βασιλεύσαι τὸν Ἀχάζ καὶ πρὸ τῆς εἰρημένης αὐτῷ ταύτης δὴ αὐτῆς τῆς προφητείας, Ἐζεκιῶς ἦδη πάλαι γεγενημένος ἀποδεικνύεται· ἐπὶ δέκα γοῦν καὶ ἐξ ἑτεσι τὸν Ἀχάζ βασιλεύσαντα διαδέχεται, ἄγων ἔτος τῆς ἡλικίας πέμπτου καὶ εικοστῶν, ὁπνῆκα τῆς βασιλείας ἤμπετο, ὡς προλαμβάνειν αὐτοῦ τὴν γένεσιν ἑτεσιν ἐννέσ τὴν τοῦ πατρὸς ἐπὶ τὴν βασιλείαν πάροδον· ἀλλὰ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

Δ « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μὲ, Λάβε σεαυτοῦ τόμον (χάρτου) καινοῦ μεγάλου, καὶ γράψον εἰς αὐτὸν γραφίδι ἀνθρώπου, τοῦ ὀξέως προνομῆν ποιῆσαι σκύλων· πάρεστι γάρ· καὶ μάρτυράς μου ποιήσον πιστοὺς ἀνθρώπους, τὸν Οὐρίαν τὸν ἱερέα, καὶ Ζαχαρίαν υἱὸν Βαραχίου. Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφήτην(ῆτιν), καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν· καὶ εἶπε Κύριός μοι· Κάλεισον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ταχέως σκύλευσον, ὀξέως προνόμεισον· διότι, πρὶν ἢ γυνῆα τὸ

παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήφεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκύλα Σαμαρείας ἐναντίον βασιλέως Ἀσσυρίων. Ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἀποτελεῖσθαι παραδόξου ἀναγραφῇ τόμον καινοῦ μεγάλου ἀγράφου προστάσσεται λαβεῖν ὁ προφήτης· δι' οὗ δηλοῦσθαι νομίζω τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης Εὐαγγέλιον· ἀλλὰ καὶ μάρτυρας τῷ Κυρίῳ ποιήσασθαι πιστοὺς ἀνθρώπους, ὧν ὁ μὲν ἱερεὺς λέγεται εἶναι, ὁ δ' ἑταρος, οἶμαι, προφήτης ἦν· μέμνηται γοῦν αὐτοῦ καὶ ἡ τῶν Παραλειπομένων γραφή· οὗς καὶ αὐτοὺς ὑπολαμβάνω σύμβολον εἶναι τῶν μεμαρτυρηκότων τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ (f. 47) προφητῶν, καὶ τῶν εἰς τὸν αὐτοῦ τύπον πάσαι καθεστῶτων ἱερέων. Μετὰ ταῦτα λέγεται· « Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφήτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν, » καὶ τὰ ἐξῆς. Σφόδρα δὲ ἀπρεπὲς καὶ τῆς προφητικῆς σεμνότητος τε καὶ καθαριότητος ἀλλότριον τὸ προχειρῶς οὕτως οἰεσθαι τὸν προφήτην ἐν αὐτῷ τῷ θεοφορεῖσθαι ἐπὶ μαρτύρων τῶν προδεηλωμένων κοινωνίας χάριν αἰσχροῦς προσεληλυθέναι γυναικὶ προφήτιδι καὶ αὐτῇ· ποία δὲ καὶ πιθανότης τολμάτω προσελθεῖν αὐτὸν συνεληφέναι καὶ τετοκῆναι αὐτὴν υἱόν· ἀλλὰ γὰρ ἔχεισθαι καὶ ταύτην τὴν προφητείαν ἡγοῦμαι τοῦ νοῦ τῆς προεκτεθείσης, καθ' ἣν εἶρητο· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται· » ἐκεῖσε μὲν γὰρ ἐν γαστρὶ λήψεσθαι καὶ τέξεσθαι υἱόν προὔλεγετο ἡ παρθένος· ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ τρόπος καθ' ὃν πέρας εἰληφεν ἡ προφητεία δηλοῦται· « Ἐν γαστρὶ γὰρ, φησὶν, ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν. » Τίς ἂν οὖν εἴη ὁ φάσκειν τὸ, « Προσῆλθον πρὸς τὴν προφήτιν, » ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον τὸ λαλοῦν ἐν τῷ προφήτῃ, περὶ οὗ λέλεκται τῇ Μαρίᾳ· « Πνεῦμα ἄγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » Διὸ καὶ προφήτης οὐκ ἀπεικότως καὶ αὐτὴ ἂν λσχηθῆι· ἀπὸ γοῦν τοῦ ἁγίου Πνεύματος συλλαβοῦσα τέτοκε τὸν ἐκεῖσε μὲν ἐπιχειλημένον Ἐμμανουήλ, ἐνταῦθα δὲ ἄλλως προσαγορευόμενον· « Κάλεσον γὰρ, φησὶ, τὸ ὄνομα τοῦ ἀποτεχθέντος παιδίου, Ταχέως σκύλευσον, ὁξέως προνόμεισον· » καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐσκύλευσεν οὗτος καὶ προνομίμεισεν ἀποβήτην καὶ θεία δύναμις τὰς ἀντικειμένας ἀοράτους καὶ πνευματικὰς δυνάμεις, ὥστε εἰπεῖν, « Ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον· » ἀφ' ὧν σκύλα καὶ προνομήν εἰληφώς τὰς πάσαι καταταυρανομένας ὑπ' αὐτῶν ψυχὰς, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν· ὁμολογεῖ, λαθῶν παρὰ τοῦ Πατρὸς· « Ἔθνη τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ· » ἃ λέγοιτ' ἂν εὐκόλως σκύλα· « καὶ τὴν κατάσχεσιν αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, » ἃ καὶ αὐτὰ εἰκότως ἂν καλοῖτο προνομήν. Πρὸς τούτοις, « Πρὶν ἢ γινῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήφεται, φησὶ, δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ τὰ σκύλα Σαμαρείας ἐναντι βασιλέως Ἀσσυρίων· » ἅπερ καὶ αὐτὰ κατὰ μόνην διάνοιαν, ἦτοι περὶ δυνάμεων τινων ἁπονηρῶν, οἶμαι λέγεσθαι. ἃς ἅμα τῇ γενέσει καθελειν ἢ θεία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δύναμις, ἣ καὶ περὶ ψυχῶν τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων διαφορὰς· ὧν τὰς μὲν ἐξ-εἰδωλολατρείας μεταβαλοῦσας ἐπὶ τῶν εὐαγγελικῶν βίον εἰκότως εἶναι τὴν

A aut matrem, accipiet potestatem Damasci, et spolia Samaritæ coram rege Assyriorum ¹. » Ad mirandas res quæ futuræ erant conscribendas librum novum et grandem sumere jubetur propheta, quo significari opinor Novi Testamenti Evangelium. Sed et testes Domino ut faceret fideles homines, quorum quidem unus sacerdos esse dicitur, alius vero propheta erat; meminit igitur ejus et Paralipomenon Scriptura; quos et ipsos suspicor typum esse eorum qui Salvatoris nostri Jesu Christi adventui testes facti sunt prophetæ, et qui in ejus figuram olim constituti sunt sacerdotes. Post hæc dicitur: « Et accessi ad prophetissam, et in utero accepit, et peperit filium, » et quæ sequuntur. Magnopere quidem indignum prophetica dignitate et sinceritate existimare prophetam, præsertim cum inter prædictos testes divinitus inspiratur, turpis causa consortii ad mulierem, prophetissam licet accedere. Nunquid verisimile erat eum accessisse, et illam concepisse et peperisse filium? Nobis enim idem esse videtur sensus hujus, ac prioris prophetiæ, qua dicitur: « Ecce virgo in utero accipiet: » illic enim in utero accepturam et filium parituram esse virginem prædictum erat; nunc hic ratio ostenditur qua eventu probata est prophetia. « In utero enim, ait, accepit et peperit filium. » Quis igitur esset dicens: « Accessi ad prophetissam, » nisi Spiritus sanctus, a quo afflatus propheta divinabat, et de quo dictum est Mariæ: « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi ². » Ideoque prophetissa non immerito diceretur ipsa, quæ a sancto Spiritu concipiens, peperit eum qui illic vocatur Emmanuel, hic vero aliter nominatur. « Vocæ enim, ait, nomen ejus, Accelera spolia detrahare, cito prædare. » Vere enim ille spoliavit et prædatus est mystica et divina virtute adversas, invisibiles spiritualesque potestates, ita ut diceret: « Ego vici mundum ³. » A quibus quasi spolia et prædam animas jampridem ab iis oppressas aufrens, « prædicare captivis remissionem ⁴ » constituitur, accipiens a Patre « gentes hæreditatem ejus ⁵, » quæ spolia facile dici possent; « et possessionem ejus terminos terræ ⁶, » quod merito vocaretur præda. Præterea, « Priusquam sciat puer vocare patrem et matrem, accipiet, ait, potestatem Damasci, et spolia Samaritæ coram rege Assyriorum. » Quæ quidem et ipsa uno sensu, sive de potestatibus quibusdam nefariis, quas una ortu sustulit divina Salvatoris nostri virtus, sive de animarum discrimine in eum credentium: quarum alias quidem ex idololatria ad evangelicam vitam conversas hic potestatem Damasci esse reor; alias vero, scilicet e circumcissione populi, cum Christum Dei accepissent, spolia Samaritæ vocari. Has vero animas spolia et prædam de spiritalibus capiens hostibus, coram spiritali rege Assyriorum, scilicet diabolo, arma cepit et ad pugnam contra eum se accinxit.

¹ Isa. viii, 1-4. ² Luc. 1, 35. ³ Joan. xvi, 33.

⁴ Luc. iv, 18. ⁵ Psal. ii, 8. ⁶ ibid.

Hæc vero sufficiunt sancto viro commentaria, in A hunc locum dignoscere volenti. Si quis autem ex Judæis hæc magis corporaliter inquirere velit, ab eo postulandum est an possit corporaliter ostendere qua ratione Isaias, post præcitas testes, ad prophetissam corporalis consortii causa accesserit; quænam vero et qualis sit hæc prophetissa, et quomodo e vestigio conceperit, confestimque pepererit, et quisnam iste ex prophetissa natus filius, quem vocare Isaiæ præceperit ipse Dominus « Celeriter detrahe spolia, cito prædare; » et quænam sit causa hujusce appellationis; et quomodo ex communi sensu corporaliter existimandum: sit hunc puerum « potestatem accepisse Damasci, et spolia Samariæ coram rege Assyriorum; » hæcque iacere « priusquam sciat vocare patrem et matrem. » Atque præterea, si iis quæ a nobis exposita sunt repugnant, ostendant ipsi quomodo expectatus ab iis Christus superveniens accipiet corporaliter juxta prophetiam « potestatem Damasci, » et quænam « spolia Samariæ, » vel quorum « Assyriorum coram rege, » cum nullus illorum his temporibus supersit.

« σχῦλα Σαμαρείας ἐναντίων(ον) βασιλέως Ἀσσυρίων, » καὶ ταῦτα πράττειν « πρὶν ἢ γινῶναι αὐτὸ χαλεπὸν πατέρα ἢ μητέρα » καὶ πρὸς τοῦτους εἰ ἀντιλέγειεν τοῖς ἡμῖν προαποδομένοις, δεικνύτωςαν αὐτοὶ πῶς ὁ προσδοκώμενος ὑπ' αὐτῶν Χριστὸς παραγενόμενος λήφεται σωματικῶς τὴν κατὰ τὴν προφητείαν « δύναμιν Δαμασκού, » καὶ ποῖα « σχῦλα Σαμαρείας, » ἢ ποῶν « Ἀσσυρίων ἐναντίον, » μηδενὸς ἔτι τούτων φεργουῦτος κατὰ τοὺς ἐνεστῶτας χρόνους.

CAPUT VI.

« Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Domi- C nus in signum et in portentum Israel a Domino Deo exercituum, qui habitat in monte Sion ». Il- lud, « ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus » e persona Salvatoris de apostolis, iisque qui postea in eum crediderunt, apte in Epistola ad Hebræos refertur, quibus igitur addit, « in signum et in portentum erunt domo Israel, » apertum est Salvatoris nostri manifestationis tempore signa et portenta facta fuisse in domo Israel, qualia nunquam patrata sunt.

CAPUT VII.

« Et volent, si fuerint igne combusti. Quoniam parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus imperium super humerum ipsius, et vocatur nomen ejus Magni consilii Angelus, admirabilis consiliarius. Adducam enim pacem super principes, et sanitatem ei. Magnum imperium ejus, et pacis ejus non est finis, super solium David et regnum ejus ut dirigat illud, et suscipiat in judicio et justitia ex hoc tempore et usque in sæculum. Zelus Domini Sabaoth faciet hæc ». Existimo hic designatum puerulum eundem esse, qui de virgine nasciturus superius prophetizatus est, quem et paulo ante paritura dicitur prophetissa. Primo quidem dictus est Emmanuel, dein « Celeriter spolia detrahe, cito prædare. » Hic autem ipse, ut apud Septuaginta legimus, « Magni consilii Angelus » vocatur; et juxta Aquilam atque Hebraicum, no-

λεγόμενῃν δύναμιν Δαμασκού, τὰς δ' ἐκ περιτομῆς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ παραδεξαμένης τὰ προσαγορευόμενα σχῦλα Σαμαρείας· ταύτας δὲ τὰς ψυχὰς σχῦλα καὶ προνομὴν παρὰ τῶν νοητῶν εἰληφόρας(ως) πολεμίων, ἐξ ἐναντίας τοῦ νοητοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, τουτέστι τοῦ διαβόλου, καθώπλισέ τε καὶ πολεμῆν αὐτῷ παρεσχέασε. Καὶ ταῦτα δὲ πάρεστιν ἐπ' ἀκριβὲς τῷ βουλομένῳ ἐκ τῶν εἰς τοὺς τόπους ὑπομνηματισθέντων τῷ ἱερῷ ἀνδρὶ διαγινῶναι· εἰ δ' εἰ (sic) ἀπαίτειεν ταῦτα σωματικώτερον οἱ ἐκ περιτομῆς, ἀντεξεταστῆσαν αὐτοὺς εἰ δύνανται σωματικῶς αὐτοὶ παραστήσαι τίνα τρόπον ὁ Ἰσαίας ἐπὶ τῶν προειρημένων μαρτύρων (f. 47 v°) τῇ προφητικῇ μίξεως σωματικῆς ἔνεκεν προσεήλυθε· τίς δὲ καὶ ἡ τοιαύτη προφητῆς, καὶ πῶς παραχρήμα ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ παρατυχία τέτοκε, καὶ ποῶν τοῦτο τὸ τεχθὲν παιδίον, ὃ προστάσσει τῷ Ἰσαίᾳ ὁ Κύριος ὀνόματι καλέσαι τῷ, « Ταχέως σκύλευσον, ὀξέως προνόμυσσον· » τίνα δὲ καὶ λόγον ἔχει τὸ τηλικόνδε ὄνομα, ἢ πῶς δυνατόν ἐστι κατὰ τὴν πρόχειρον διάνοιαν παιδίον ὅποιον δὴ οὖν ἐπινοεῖν σωματικῶς ἀπολήφθεσθαι τὴν ὀνομαζομένην δύναμιν Δαμασκού καὶ τὰ λεγόμενα « σχῦλα Σαμαρείας ἐναντίων(ον) βασιλέως Ἀσσυρίων, » καὶ ταῦτα πράττειν « πρὶν ἢ γινῶναι αὐτὸ χαλεπὸν πατέρα ἢ μητέρα » καὶ πρὸς τοῦτους εἰ ἀντιλέγειεν τοῖς ἡμῖν προαποδομένοις, δεικνύτωςαν αὐτοὶ πῶς ὁ προσδοκώμενος ὑπ' αὐτῶν Χριστὸς παραγενόμενος λήφεται σωματικῶς τὴν κατὰ τὴν προφητείαν « δύναμιν Δαμασκού, » καὶ ποῖα « σχῦλα Σαμαρείας, » ἢ ποῶν « Ἀσσυρίων ἐναντίον, » μηδενὸς ἔτι τούτων φεργουῦτος κατὰ τοὺς ἐνεστῶτας χρόνους.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

« Ἰδοὺ, ἐγὼ καὶ τὰ παιδιά, ἃ μοι δέδωκεν ὁ Θεός· C καὶ ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ παρὰ Κυρίου Θεοῦ Σαβαῶθ, ὃς κατοικεῖ ἐν τῷ ὄρει Σιών. » Καὶ τὸ, « Ἰδοὺ, ἐγὼ καὶ τὰ παιδιά, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός, » ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος περὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μετὰ ταῦτα εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων καλῶς ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐξιληπτα· ἐπιφέρεται γοῦν ἐνταῦθα τὸ, « Καὶ ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα ἐν οἴκῳ Ἰσραὴλ » καὶ σαφὲς ὅπως κατὰ τὴν καιρὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας σημεῖα καὶ τέρατα εἰ(ἐν) τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, οἷα οὐδεπώποτε ἀπετέλεσθη.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

« Καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγένοντο πυρκαυστοὶ. Ὅτι παιδίον ἐγενήθη ἡμῖν, υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὄμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος· ἄξω γὰρ εἰρήνην ἐπὶ τοὺς ἀρχοντας, καὶ ὕψια αὐτῶ. Μεγάλῃ ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὄριον· ἐπὶ τὸν θρόνον Δαυὶδ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτήν, καὶ ἀντιλαβέσθαι ἐν κρίματι καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ ζῆλος Κυρίου Σαβαῶθ ποιήσει ταῦτα. » Οἷμαι δὴ τὸ λεγόμενον ἐνθάδε παιδίον οὐκ ἄλλο εἶναι τοῦ ἐκ τῆς παρθένου τεχθῆσεσθαι ἀνωτέρω προπεφητευμένου, ὃ καὶ μικρῶ πρότερον ἢ προφητῆς ἀποτεκεῖν ἐλέγετο· ἀλλὰ τὸ μὲν ἀνωτέρω ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ ἦν, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα, « Ταχέως σκύλευσον, ὀξέως προνόμυσσον. » Ἐνταῦθα δὲ ὁ αὐτὸς οὗτος κατὰ μὲν τὴν τῶν Ἑβδαῶν μῆκοντα ἐρμηνεύεται, « Μεγάλῃς βουλῆς Ἄγγελος »

¹ Isa. viii, 18. ² Isa. ix, 5-7.

✕ χρηματίζει· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν καὶ αὐτὸ τὸ
 ✕ Ἑβραϊκὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστὶ ἑ Θαυμαστὸς σύμ-
 ✕ βουλος, ἰσχυρὸς, δυνατὸς πατήρ, ἐπι ἀρχῶν εἰρή-
 ✕ νης· » καὶ κατὰ τὸν Σύμμαχον δὲ, ἑ Κληθήσεται
 τὸ ὄνομα τοῦ παιδίου Παραδοξασμὸς, βουλευτικὸς,
 ἰσχυρὸς, δυνατὸς, πατήρ αἰῶνος, ἀρχῶν εἰρήνης. »
 Ἀπαιτητέον τοίνυν τοὺς ἐκ περιτομῆς ποιοῦν ἂν
 ἔχοι(εν) παιδίον ᾧ τὰ τηλικαῦτα ἐφαρμόσαιεν παρ-
 ισταῖναι· καθ' ἡμᾶς γὰρ ἐπινοοῖαι εἰσὶν αὐταὶ (f. 48)
 τῆς θείας τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως, εἰς δὲ οἱ μὴ πιστεύ-
 σαντες θελήσουσιν εἰ ἐγενήθησαν πυρκαυστοὶ μάλ-
 λον ἢ οἱ τὴν ἑαυτῶν ἀποβολὴν ἰδεῖν καὶ τὴν τῶν
 ἔθνῶν σωτηρίαν, ἣν ὁ ᾄτης Κυρίου Σαβαὼθ ποιήσιν
 εἰρηται· ᾧ παραθήσεις τὸ παρὰ Μωυσεὶ οὕτω πως λε-
 λεγμένον· ἑ Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐν τοῖς εἰδιόλοις
 αὐτῶν, κἀγὼ παραζήλωσά αὐτούς ἐπ' οὐκ ἔθνει·
 ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτω παροργῶ αὐτούς. » Ἀλλὰ γὰρ οὐ
 τοῦ παρόντος καιροῦ, οὐδὲ μὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς τυγχά-
 νει σκοποῦ, ἐκάστην λέξιν διασαφῆσαι τῆς προφητείας
 παραστήσεται· (sic) ὅπως εἴρηται τὸ, ἑ ἐπὶ τὸν θρόνον
 Δαυὶδ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτήν· ᾧ
 καὶ εἰκὸς ἂν εἴη προσκόψαι τοὺς ἐκ περιτομῆς, διὰ τὸ
 μὴ σωματικῶς ἐπὶ τὸν θρόνον καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ
 Δαυὶδ κεκαθικέναι τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον τῶν ἡ-
 σούν Χριστόν· δι' ὅπερ ἀναπέμφαντες τοὺς φιλομαθεῖς
 ἔπαι τὰ εἰς τοὺς τόπους ὑπομνήματα, ἡμεῖς τὸ προτε-
 θὲν διαπερανούμεθα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

ἑ Ἰδοὺ δὴ ὁ δεσπότης Κύριος Σαβαὼθ συνταράξει
 τοὺς ἐνόδους μετὰ ἰσχύος, καὶ ὑψηλοὶ τῆ ὕβρει συν-
 τριβήσονται, καὶ ταπεινωθήσονται, καὶ πεσοῦνται οἱ
 ὑψηλοὶ μαχαίρα· ὁ δὲ Λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πε-
 σείται. Καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ,
 καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναθήσεται, καὶ ἐπαναπαύσε-
 ται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ
 συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώ-
 σεως καὶ εὐσεβείας ἐμπλήσει αὐτόν· πνεῦμα φόβου
 Θεοῦ οὐ κατὰ τὴν ὄξυν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν
 ἐλέγξει, ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῶ χρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς
 ταπεινοὺς τῆς γῆς, καὶ πατάξει γῆν τῆ λόφῳ τοῦ
 στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ
 ἀσέβη· καὶ ἔσται δικαιοσύνη ἐξωσμένος τὴν ὄσφυν
 αὐτοῦ, καὶ ἀληθεῖς εἰλημένος τὰς πλευράς αὐτοῦ.
 Καὶ συμβοσκυθήσεται λύκος μετὰ ἄρνου, καὶ πάρ-
 οδος συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ μοσχάριον καὶ
 ταῦρος καὶ λέων ἅμα βοσκυθήσονται, καὶ ἅμα τὰ
 παιδία αὐτῶν ἔσονται, καὶ λέων ὡς βοῦς φάγεται
 ἄχυρα, καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρύγλην ἀσπίδων καὶ
 ἐπὶ κόιτην ἐγγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιθαλεῖ, καὶ
 οὐ μὴ κακοποιήσωσιν, οὐδὲ μὴ δύνωνται ἀπολέσαι οὐ-
 δένα ἐπὶ τὸ ἕρος τὸ ἅγιόν μου, ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ σύμ-
 πασα γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατα-
 κάλυψαι θαλάσσας· καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ
 ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἀρχεῖν ἐθνῶν,
 ἐπ' αὐτῶ ἔθνη ἐλπιούσι, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐ-
 τοῦ τιμῆ. » Οὐδ' αὐτοὶ οἱ ἐκ περιτομῆς ἄλλο τινα
 τοῦ Χριστοῦ τὸν ἐνταῦθα προφητεύμενον ὑπειλή-
 φασι, πλὴν ὅσον ἐπὶ ψιλῇ τῇ τῆς προφητείας ἐκδοχῇ
 σωματικώτερον ἔσσεσθαι φανταζόμενοι τὰ κατὰ τὸν

A men ejus est ἑ Admirabilis consiliarius, fortis et
 potens pater, etiam princeps pacis; » et juxta Sym-
 machum : ἑ Vocabitur nomen pueruli Admirabilitas,
 consiliarius, fortis, potens, pater sæculi, princeps
 pacis. » Petendum est igitur a Judæis quemnam ha-
 beant, cui hæc adoptari possint, puerulum osten-
 dere. Etenim juxta nos indicia sunt ipsa divinæ
 Christi potestatis, in quem qui non crediderint,
 volent, si fuerint igne combusti potius quam repro-
 bationem suam videre et gentium salutem, quam
 zelus Domini Sabaoth facturus esse dicitur. Ad
 quod spectant hæc apud Moysen : ἑ Ipsi me pro-
 vocaverunt in idolis suis, et ego provocabo eos in
 eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo
 eos ¹. » Verum nec præsentis temporis, nec propo-
 siti est singula prophetiæ verba elucidare; nec
 quomodo dicatur, ἑ super solium David et regnum
 ejus ut dirigat illud. » Hoc quidem Judæos offen-
 det, propterea quod non corporaliter super solium
 David ejusque regnum sedit Salvator Dominusque
 noster Jesus Christus. De quo studiosos lectores ad
 commentaria olim a nobis prolata remittimus.

Δαυὶδ κεκαθικέναι τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον τῶν ἡ-
 σούν Χριστόν· δι' ὅπερ ἀναπέμφαντες τοὺς φιλομαθεῖς
 ἔπαι τὰ εἰς τοὺς τόπους ὑπομνήματα, ἡμεῖς τὸ προτε-
 θὲν διαπερανούμεθα.

CAPUT VIII.

ἑ Ecce dominator Dominus Sabaoth confringet
 nobiles cum fortitudine, et excelsi statura succi-
 dentur, et sublimes humiliabuntur. Et subvertentur
 excelsi ferro : et Libanus cum excelsis cadet. Et
 egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice
 ejus ascendet, et requiescet super eum spiritus
 Dei, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus con-
 silitii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis :
 replebit eum spiritus timoris Dei; non secundum
 opinionem judicabit, neque secundum loquelam red-
 arguet, sed judicabit humiliiudicium, et redar-
 guet humiles terræ, et erit justitia cingulum lumborum
 ejus, et veritas indumentum laterum ejus; et pascetur
 simul lupus cum agno, et pardus simul quiescet cum
 hædo, et vitulus et bos et leo simul pascentur : simul
 requiescent catuli eorum, et leo quasi bos comedet
 paleas. Et delectabitur infans ab ubere super
 foramine aspidis, et in caverna reguli, qui ablactatus
 fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt, et non
 occident in universo monte sancto meo : quia repleta
 est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes.
 Et erit in die illa radix Jesse, et qui surgit ut imperet
 gentibus, ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulcrum
 ejus gloriosum ². » Neque ipsi Judæi alium quemvis
 ac Christum ibi prophetizatum intellexerunt,
 nisi nimirum corporaliter accepta hujus prophetiæ
 simplice littera, in Dominum nostrum Jesum Christum
 fidem adhibere renuunt. Nos vero omnia juxta
 prophetiam digna esse Deo persuasum habentes,
 de moribus hominum Salvatoris nostri adventu

¹ Deut. xxxii, 21. ² Isa. x, 33, 34; xi, 1-10.

ab iniquitatis profundo in mansuetudinem conversis hæc dici credidimus : nunc usque videntes quomodo et qua ratione in Ecclesiis quæ sunt super terram, adventu Jesu Christi e radice Jesse germinati, plerique hominum transformati sint, atque natura sua immutati prius ferina, cum quasi lupi prius, et pardi et leones, cæteraque ferarum et serpentium genera viverent, sicut eos juxta propriam cujusque malitiam et iniquitatem ex analogia prophetia vocat. Qui et conversi et quasi transfigurati in tantum mansuetudinis provecti sunt, ut simul pascerentur, eandem sanctorum Dei verborum escam comedentes cum mansuetissimis vita Dei viris justis, quos propter talem animæ innocentiam privatis et mansuetissimis animalibus, atque lactentibus pueris divinus æquiparat sermo. Si quis haud facile hæc accipiat, dicat quomodo aliter e sensu communi hunc possit interpretari locum. Quamobrem igitur et quomodo Libanus cum excelsis cadet? Quomodo non allegorice accipiet neque virgam, neque florem ex ea germinaturum? Ostendat quomodo corporaliter virga egressura de radice Jesse dicatur, et unde flos e radice ejus ascensus. Si autem, quod perdifficile est, de his interpretationem exhibere nitatur, attende annon pulchre nobis et reliqua Salvatoris nostri adventu plenum eventum habuerint. Quæ et congruenter cum prophetia advenerunt, contractis a Domino Sabaoth prioris populi quondam nobilibus, quos et elevatos facta in Salvatorum nostrum injuria, conterendos et humiliandos, et dejiciendos esse prænuntiat. Cum illis et Libanum prolapsurum Scriptura dicit. Sic enim consueverat Jerusalem veteremque quondam ibi celebratum cultum allegorice nominare; ut constat ex illo Ezechielis loco, ubi dictum est : « Aquila grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis et varietate, quæ habet auctoritatem ingrediendi in Libanum, et evulsit tenera cedri ¹. » Et hæc ipsa deinceps explanans idem propheta, aperte Libanum esse Jerusalem edocet dicens : « Fili hominis, dic ad domum exasperantem : Nescitis quid ista significant? Dic, Cum venerit rex Babylonis in Jerusalem, et assumet regem et principes ejus ². » Manifestum est igitur quod et ipse Libanus post excelsorum injuriam cecidit Salvatoris nostri adventu de radice Jesse nati; in quo requievit plenitudo donorum sancti Spiritus, qui et rursus veniet secunda et præclara manifestatione, non secundum opinionem judicans, « Personam enim hominis Deus non accipit ³ »; neque secundum loquelam redarguens : « Scrutans enim est renes et corda, et pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus ⁴. » Præterea cum jam facta est ejus incarnatio, quam verissime repleta est terra scientia Domini, non jam solis Judæis eum cognoscentibus. Tunc etiam plenior eventum habuit prophetia,

A τόπον τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν οὐχ ὁμολογοῦσι πιστῖν· ἡμεῖς δ' ὅλα τὰ κατὰ τὴν προφητείαν ἄξια εἶναι Θεοῦ πειθόμενοι, περὶ τροπῶν ἀνθρωπείων τῶν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπὸ τοῦ βάρους τῆς κακίας εἰς ἡμερότητα μεταβληκῶν ταῦτα λέγεσθαι πεπιστεύκαμεν· ἔτι καὶ νῦν ὄρωντες πῶς καὶ τίνα τρόπον ἐν ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην [ἐν ταῖς] Ἐκκλησίαις μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ ἐκ τῆς βίβλης (f. 48 v°) Ἰεσσαὶ βεβλαστηκότος Ἰησοῦ Χριστοῦ, οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων μετεπλάσθησαν, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ θηριώδους μετέβαλον βίου, λύκοι τινὲς ὄντες τὸ πρότερον, καὶ παρβάλλει τὸν τοιοῦτὸν τρόπον, λέοντες τε καὶ ὄσα ἄλλα θηρία τε καὶ ἔρπετά κατ' ἀναλογίαν τῆς ἐν ἐκάστῃ ποικίλης κακίας τε καὶ πονηρίας ἢ προφητεία καταλέγει· οἱ B καὶ μεταθέμενοι καὶ ὡσπερὶ μεταπλασθέντες, εἰς τοσοῦτον ἡμερότητος ἤλασαν, ὡς συμβόσκεισθαι αὐτοὺς τὴν αὐτὴν ἐσθοντα τῶν ἱερῶν τοῦ Θεοῦ λόγων τροφὴν τοῖς ἡμερωτάτοις τὰ ἦθη δικαίως ἀνδράσι τοῦ Θεοῦ, οὗς διὰ τὴν τοιοῦτὴν τῆς ψυχῆς ἀκακίαν τιθασσοῖς καὶ ἡμερωτάτοις ζώοις, τοῖς τε ἀναγεγραμμένοις ἐναυθα παιδίους ὁ θεὸς ἀπέειπε λόγος. Εἰ δὲ πρὸς ταῦτα τις δυσπειθῶς ἔχει, λεγέτω εἰ οἶόν τι ἄλλως κατὰ τὴν πρόχειρον διάνοιαν οὕτως τὴν λέξιν διὰ τί γὰρ ἦ καὶ πῶς ὁ Λιβανὸς οὖν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται; Μὴ τροπολογεῖται δὲ μήτε τὴν βάλανον, μηδὲ τὸ ἐκ ταύτης ἄθος· ἀλλὰ δεικνύται πῶς σωματικὴ βλάβος ἐξελεύσεται ἐκ τῆς βίβλης Ἰεσσαὶ λέγεται, καὶ ποταπὸν ἄθος ἀναθήσεται ἐξ αὐτῆς. Εἰ δὲ C καὶ τὸν πᾶν σκληρὸν ταῦτα ἐπὶ διάνοιαν ἀνέναι βιάζεται, ὅρα εἰ μὴ καλῶς ἡμῖν καὶ τὰ λοιπὰ ἐπὶ τῆ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίᾳ κατὰ διφνοίαν παρίσταται πεπληρωμένα· ἃ καὶ ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ γέγονε μετὰ τὸ συνταράξαι Κύριον Σαβαὼθ τοὺς πάλαι ἐνδόξους τοῦ προτέρου λαοῦ· οὗς καὶ ὑψωθέντας τῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὕβρει συντριβήσεται καὶ ταπεινωθήσεται, καὶ πείσεται προφητεύει· οὖν αὐτοῖς δὲ καὶ τὸν Λιβανὸν πεσεῖσθαι ὁ λόγος φησὶν· οὕτω δὲ ἔθος αὐτῷ τὴν Ἰερουσαλήμ καὶ τὴν πᾶλαι πρότερον ἐν αὐτῇ σωματικῶς ἀποτελουμένην λατρείαν ὀνομάζειν· ὡς δὴ λέγειν ἔστιν ἀπὸ τοῦ Ἰεζεκιήλ, ἔθα τοῦτον ἀναγέγραπται τὸν τρόπον· « Ὁ ἀετὸς ὁ μέγας ὁ μεγαλοπτερυγος, ὁ μακρὸς τῇ ἐκτάσει, πλήρης ὀνύχων, ὃς ἔχει τὸ ἦχημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λιβανόν, καὶ ἔλαβε τὰ ἐπιλεκτά τῆς κέδρου. » Ἐπιλύων γοῦν τὴν παραβολὴν αὐτὸς ἢ D προφητικὸς λόγος σαφῶς τὸν Λιβανόν τὴν Ἰερουσαλήμ διδάσκει, λέγων· « Ἰὴ ἀνθρώπου, εἶπὸν δὴ πρὸς τὸν οἶκον τὸν παραπικραίνοντα· Οὐκ ἐπίστασθε τί ἦν ταῦτα; εἶπὸν, Ὃταν ἔλθῃ βασιλεὺς Βαβυλωνίος ἐπὶ Ἰερουσαλήμ, καὶ λήψεται τὸν βασιλεῖα αὐτῆς καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῆς. » Πρόδηλον οὖν ὅπως καὶ οὗτος ὁ Λιβανὸς μετὰ τῶν ὑψηλῶν τῇ ὕβρει περιπέπτωκεν ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἐκ βίβλης Ἰεσσαὶ γενομένου Σωτῆρος ἡμῶν· ἐφ' ὃν καὶ ἀνεπίστατο ἢ τελειότης τῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χαρισμάτων, ὃς καὶ εἰσαυθὶς ἐλεύσεται κατὰ τὴν δευτέραν καὶ ἐνδοξὴν αὐτοῦ

¹ Ezech. xvii, 3. ² ibid. 12. ³ Gal. ii, 6. ⁴ Apoc. ii, 23; Hebr. iv, 12.

προυνεῖν, οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινούντος· « Πρὸς ἄλλω γὰρ ἀνθρώπου θεὸς οὐ λαμβάνει· ἄλλ' οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγχων· Ἐτάζων γάρ ἐστι καρδίας καὶ νεφρούς, καὶ δικινουμένου ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος. » Καὶ ἐπὶ τῇ γενομένῃ μὲν οὖν αὐτοῦ ἤδη πρότερον παρουσίᾳ ἐνεπλήσθη ὡς ἀληθῶς ἡ γῆ τοῦ γῶναί τὸν Κύριον, μηδενὸς τὸ πρὶν ὅτι μὴ μόνων τῶν ἐκ περιτομῆς γινωσκόντων αὐτόν· τότε δὲ καὶ μᾶλλον εἰς πέρας ἀγθῆσεται ἡ προφητεία, ὅτε τοῦ πληρώματος τῶν ἐθνῶν εἰσελθόντος σὺν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι καὶ ὁ πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, ὁ Χριστὸς δὲ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς ἄρχειν ἐθνῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατεστάθη, κατὰ τὸ, « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ (σ. 49) ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιούσιν. » Ὅρα γοῦν, ὡς οὐδ' ὄλως ἐνταῦθα Ἰσραὴλ, ἢ Ἰακώβ, ἢ Ἰούδας ὀνομάζεται, B σαφῶς δὲ τὰ ἔθνη ἐπὶ τὸν ἐκ ῥίζης ἀναστησόμενον Ἰεσσαὶ ἐλπιεῖν προφητεύεται, συναδούσης τῆς ἐνταῦθα λέξεως; τῇ παρὰ Μωϋσεὶ φασκουσῆ, « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία, » οὐχὶ τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ « τῶν ἐθνῶν. » Καὶ τίνας δὲ ἄλλου ἢ ἀνάπαυσις ἐν τῇ ἀνωτάτῃ παρὰ Θεῷ γεγένηται τιμῇ, ἢ τοῦ ἀκούσαντος λέγοντος αὐτῷ· « Πατὴρ· Ἐκάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

« Καὶ διορθωθήσεται μετ' ἐλέους θρόνος, καὶ καθιεῖται μετ' (sic) αὐτοῦ μετὰ ἀληθείας ἐν σκηνῇ Δαυὶδ, κρίνων καὶ ἐκζητῶν κρίμα, καὶ σπεύδων δικαιοσύνην. » Περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καὶ ταῦτα προφητεύεται, ὁπνηϊκα τοῦ Θεοῦ ὁ λόγος, διορθωθείσης αὐτῷ μετ' ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας τῆς κατὰ πάντων βασιλείας, σὺν ἀληθείᾳ κρίνων καθεσθήσεται ἐν σκηνῇ Δαυὶδ· οὕτω δὲ τὴν C τῶν ἁγίων καὶ πρωτοκόκων τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς Ἐκκλησίαν, καὶ πάντας ἡγούμεναι τοὺς ὑπὸ τὴν μερίδα τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ γεγενημένους, ἁγίους χρηματίζειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'

« Ἴδου Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλῃς κούφης, καὶ ἔξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἠττηθήσεται ἐν αὐτοῖς. » Περὶ τῆς ἀγενήτου τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ φύσεως ἐκλαμβάνειν τὰ προκείμενα, ὡς δὴ μέλλοντος αὐτοῦ νεφέλῃ τινὶ ὀχεῖσθαι, καὶ τῇ σωματικῇ παρεπιδημίᾳ Αἰγύπτῳ, οὕτως πιθανόν, οὐδ' ὅσιον ὑπάρχειν ἡγούμεναι· δι' ὅπερ ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐκδεκτέον τὴν προφητείαν, καὶ αὐτὴν ἐναργῶς ἤδη κατὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ παρουσίαν πεπερασμένην, καθ' ἣν ἐπὶ νεφέλῃς κούφης, τῆς ἐκ Πνεύματος ἀγίου συστάσης αὐτῷ σαρκὸς, εἰς τὸν βίον τοῦτον, Αἴγυπτον τροπικῶς ὀνομαζόμενον, παρελήλυθε, καὶ εἰς αὐτὴν δὲ σωματικῶς τὴν Αἴγυπτον, εἰς ἣν ἔτι παῖς ὢν πρὸς τῆς μητρὸς καὶ τοῦ Ἰωσήφ διεκομίσθη· τῆνικαῦτα δὲ κατὰ τινὰς ἀπορρήτους λόγους ἐσεισθήσαν καὶ ἐκινήθησαν ὑποταραχθέντες αὐτοῦ τῇ παρουσίᾳ οἱ ἐν τοῖς πανταχόσε χειροποίητοις ἑσάνοις ἐνοικούντες τε καὶ ἐνεργούντες τὸ πρότερον δαίμονες· ὅπερ δηλοῦται διὰ τῆς λεγούσης προφητείας, « Καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου. » Ταῦτα δὲ καὶ κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ ἔνδοξον ἀπ' οὐρα-

A cum plenitudine gentium ingrediente cum reliquis gentibus et omnis Israel salvabitur, Christus a mortuis resurgens imperare gentibus a Deo constitutus est, iuxta illud : « Et erit radix Jesse, et qui surgit ut imperet gentibus ; in eo gentes sperabunt. » Attende igitur quomodo non hic Israel, aut Jacob, aut Judas nominentur, sed aperte gentes, in eum qui surget de radice Jesse, speraturæ prophetizantur, consonante hoc loco cum iis apud Moysen dicentibus : « Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium ¹, » non vero Israel. Cujusnam vero alius erit requies in altissimis apud Deum honorata, nisi illius qui patrem audivit dicentem sibi : « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum ² ? »

CAPUT IX.

« Et præparabitur in misericordia solium, et sedebit super illud in veritate, in tabernaculo David, judicans et querens judicium, et velociter reddens quod justum est ³. » De secunda Christi manifestatione hæc quoque prophetizantur, quando Dei Verbum, præparato ei in misericordia et benignitate omnium principatu, cum veritate judicans sedebit in tabernaculo David. Sic autem sanctorum et antiquorum in cælis inscriptorum Ecclesiam, omnesque existimo verbi Dei participatione sanctos effectos designari.

CAPUT X.

« Ecce Dominus sedet super nube levi, et veniet in Ægyptum : et commovebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, et cor eorum vincetur in ipsis ⁴. » De increata omnium Dei natura hæc accipere, quasi venturo ipso super nube aliqua, atque in corporalem accedere Ægyptum, neque fide dignum, neque religiosum esse existimo. Quapropter ad Dei Verbum referenda est prophetia ; atque ipsa manifeste jam priore ejus adventu impleta est, quo super nube levi, carne scilicet ei a Spiritu sancto formata, in hanc vitam, Ægyptum per metaphoram nominatam, prodiit, et in ipsam corporaliter Ægyptum, in qua, cum adhuc esset puer, a matre et Joseph perductus est. Tunc autem juxta quædam mystica verba, commoti sunt ejus adventu conturbati qui prius ubique in manufactis simulacris inhabitabant et vigeabant dæmones. Quod quidem ostenditur dicente prophetia : Et commovebuntur manufacta Ægypti. » Hæc quoque per secundum ejus et præclarum in cælis regnum implebuntur, quo et ipsam commovendam æquum esset. Et tunc maxime conturbanda hæc manufacta Ægypti, quorum cor superabitur, ut ait

¹ Gen. xlix, 10. ² Psal. cix, 1. ³ Isa. xvi, 5. ⁴ Isa. xix, 1.

Scriptura, in eis Verbo divino subjiciente sibi, A
et humiliante tunc omnem altitudinem nunc contra
Dei cognitionem elevatam. Omnia prophetiæ reliqua
sola explicantur allegoria.

Θείου Λόγου καθυποτάξαντος ἑαυτῷ καὶ ταπεινῶσαντος τότε πᾶν ὕψωμα τὸ νῦν ἐπαίρομενον κατὰ τῆς
γνώσεως τοῦ Θεοῦ· τὰ ὅ' ἐξῆς τῆς προφητείας ἅπαντα διὰ μόνης ἀποδοθῆσεται τροπολογίας.

CAPUT XI.

